priusq̄ imbursaret preciū superueniret sibi scientia: nō liceret sibi illud accipere q̄n teneret illud eodez modo restituere: sicut si a principio scienter superuēdidisset in tāto Potest etiā predicta pia et humana sententia: etiam forte vsq̄ eo extendi q̄ intelligat non solū quādo illud modicū supacceptū egressuz fuit indiuisibilē valorem mercis et precisum iustū precium: sed etiam quando egressum fuit latitudinē iusti precij dūmodo in modico et vili existimatiōe et bona fide cooperante: q̄uis tutius sit restituere: et maxime quando egressum fuit (licet modice) latitudinem predictam. et etiam ideo tutius. quia facile propter affectionē quā homo habz in causa propria iudicat aliquid esse modicum quod non est modicuz. imo si conscientiā probabilem vel equilibrē habet de hoc q̄ sit obligatus: et eam deponere non possit: debet restituere: ita q̄ stante illa conscientia si nō restituat peccat. et hoc sic vel sic s̄m q̄ conscientia ei dictat de obligatione sub veniali vel grauiori peccato quia conscientia edificat ad gehennā: si est de mortali. aut retardat a gloria si est de veniali: vbi nihilominus ei contrauenit. Et illa que superius dicta sunt de venditione proportionabiliter debent intelligi s̄m doctores de alijs contractibus bone fidei in quibus cōtingit deceptio aliquo predictorum modorū: cuiusmodi sunt permutatio locatio: conductio: societas: depositū et alij Et quia dictū est sufficienter pro foro conscientie: immo etiam aliquid pro foro contentioso accessorie tantum quantū theologo sufficit ad certius loquendū pro suo foro de venditione in qua venditor decepit emptorez in hoc q̄ ei dolo vel sine dolo superuendidit mercez. et sic in precio decepit eum: vel induxit eū dolo ad emendū quod al's om̄ino non erat empturus: restat et expedit etiam dicere de eo contractu vbi A. decepit B. in aliquo alio q̄ in precio et superuenditione predicto modo: puta quando decepit eum in hoc q̄ ei vendidit mercem vitiosaz vel morbidā. Unde vltra ea que sunt dicta pro foro conscientie desuper in. q. liiij. conclusione prima ponēdū ē hic

Decimūquartum

dictū. Si A. vendit rem morbidam vel vitiosam vitio latenti ipi B. ignoranti illud vitiū: talis contractus in foro contentioso tenet: sed decepto datur actio redhibitoria si emptor nullatenus empturus fuisset rez ꝓpter illud vitiū si sciuisset et per illam actionē compellet venditorē ad restituendū sibi preciū redhibita sibi re vitiosa. Si autē denicq̄ emisset rem si sciuisset vitiū eius: sz non tanto precio: tunc dat sibi actio dicta quanti minoris et per illam compellet venditorē ad restituendū hoc qd̄ in p̄cio accepit vltra id pro quo de cōmuni foro potuisset talis res fuisse vēdita. Unde si equus morbosus venditus sit potest emptor actionē redhibitoriā sibi cōpetentē intētare infra sex menses vtiles cōputādos a die traditiōis facte. actionē aūt quāti minoris infra annū vtilem. de illis habet in. l. Sciendū. §. tēpus. ff. de edi. edic. Et in re inaniata: vt in libro etiā locū habet vtilis redhibitoria s̄m Hostieñ. in sūma. si liber talis sit q̄ potius expediret nō habere q̄ habere. Albericus tñ dicit q̄ doctori et etiā ꝓsonete nō ꝯuenit talis actio in libro defectuoso si defectus est patens. q2 tales sunt experti. secus in scholare. Itē licet Hostiē. ꝓtendat in fundo pestilenti vendito non cōpetere redhibitoriā sed quāti minoris: tamen ꝯtrariū videt verū: vt patet p. l. etiā in fundo. de edi. edic. vbi dicit. Etiā in fundo vēdito redhibitionē ꝓcedere neq̄q̄ icertū ē et glo. in. l. j. e. ti. Et cū dicit hic q̄ ꝯtractus tenet debz intelligi siue ignorāter siue sciēter vēdiderit A. talē rē etiā si dolus incidisset cōtractui dūmodo nō dedisset causam ꝯtractui. q2 si dedissz ei causam: ꝯtractus nō teneret: sed esset nullus sicut ē semp in ꝯtractu bone fidei. Itē q̄ dicit q̄ dat actio itelligit nisi emptor sciēs et volens emisset sic vitiosā aut morbidā rem. Nam tunc non soluz tenet contractus ipo iure: sed etiaz in effectu ita q̄ ipi emptori non dat actio contra vēditorē ad rescindendū ꝯtractū. l. j. §. si itelligat. de edil. edic. Nota tñ q̄ fiscus nō patit redhibitionē sz ciuitates et populi sic sz sola camera imꝑatoris vel pape dr̄ ꝓprie fiscus inferiores aūt nō habēt nisi forte ꝓuilegio cōsuetudine vel ꝑscriptione: vt in tractatu Petri de vbal. de successione fisci in fi. dis

citur.et glo. in rub. C. de iure fisci. li. x. In foro vero conscientie ad quid teneatur vēditor emptori ignoranti vitiū habitum est sup ra. q. liiij. que etiam possunt latius patere ex fundamentis naturalis rationis illorū dictorū que posita sunt hic paulo ante pro foro conscientie de ea vendītione in qua B. in aliquo alio decipitur quam in vitio rei &c. Et quia quātū huc attinet satis dictum est de contractibus bone fidei in quibus quis decipitur: restat per duo sequentia dicta modicū dicere de contractibus stricti iuris in quibus quis decipitur: ad quid alter alteri contrahentiū scilicet decipiens decepto teneatur.

Primū dictum.

Si deceptio contigit in contractu stricti iuris: et dolus dedit causam contractui: contractus tenet in foro contentioso: sed eliditur ope exceptionis: et tamen in foro conscientie videtur talis contractus dicēdus nullus nec tenere: etiam adeo quod aliquando in fauorem decepti nō tenet: et si deceptus est passus aliquod interesse: tenetur decipiens decepto ad refusionē eiusdem. Prima pars et secunda patet per. l. Si quis cū aliter. ff. de verborū obligationibus. et. C. de pactis. l. cū postea. Ratio autem diuersitatis quare in foro exteriori contractus bone fidei non tenet si dolus dedit causam eidem; et tamen contractus stricti iuris dolo causatus tenet in eodē foro est. quia sic voluerunt iura disponere de vno et non de alio. ideo nimirum quod nisi B. excipiat contra A. compelletur B. stare contractui stricti iuris: etiam cui dolus dedit causam: non sic in contractu bone fidei: licet vtrobique consensus sit nullus ita quod ille consensus non sufficeret se solo pro uatam obligationē inducere in B. respectu A. Et per hoc patet solutio ad argumētum Petri de bella partica dicentis. si dolus dās causam contractui bone fidei faceret quod cōtractus ille ob id eēt nullus ipso facto: eo quod ille dolus impediret consensum: tunc etiam dolus dans causam contractui stricti iuris faceret illum contractum esse nullum. quia etiam ibi dolus impediret consensum. consequens est falsum. igitur &c. Sed dicēdū quod bene probaret si nullitas conueniēs cōtractui bone fidei in foro contentioso: conueniret sibi precise ex illa causa ex qua sibi cōuenit in foro conscientie scilicet ex natura rei. Sed quia preter hoc inest sibi etiam ex dispositione iuris positiui volentis predictum contractū bone fidei esse nullum. et hoc non voluit de cōtractu stricti iuris vt supponitur: ideo in illo foro non est ille cōtractus nullus: sed bene alius: licet in foro conscientie vterque sit nullus propter defectum consensus vt conuincit argumentū predicti Petri. Tertia vero et quarta ac quinta partes huius dicti possunt probari eodem modo quo similes partes sunt probate de contractu bone fidei in primo dicto superius habito. quia rationes pro foro conscientie vtrobique eque habent locum: vt patet intuenti.

Secundū dictum.

Si dolus solum incidit in contractu stricti iuris tunc in foro contentioso licet contractus teneat: tamen obstat exceptio de dolo: et si per exceptionē vel alio modo consuli non potest: datur decepto actio de dolo ne moretur in damnum. et in foro conscientie decipiens tenetur absolute ad reducendū contractum ad equitatem: ita inquam absolute quod non est in optione decipientis quod rescindat contractū vel reducat eum ad equitatē. Et ita eodem modo dicendū est in illo foro de deceptione illa in illo contractu sicut pro eodem foro dictum fuit de deceptiōe consimili in cōtractu bone fidei vbi dolus etiam inciderat contractui scilicet in sexto dicto supra posito. quia ratiōes ibi posite eque habēt hic locum in eodem foro. et sic secūda pars huius dicti scilicet de foro cōscientie patet Sed prima pars scilicet de foro contentioso probatur. C. de inutili stipul. dolo vel metu. et. ff. de dolo eleganter. §. Seruus. et. l. Seruus. Et idem secundum Hostien. in contractu. facio vt des. ff. de prescript. verbis naturalis. §. Et si facio. Ex quo autem cōsideraui nōnullos ex iurisperitis vsque eo descendisse quod dixerūt quod ille qui rem sciēter superuēdit et immoderate accipit non teneatur etiam pro foro conscientie restituere superacceptū etiā si contractus posset expugnari per restitutionē in integrū aut contractus rescissionē

imo aliqui videntur voluisse dicere quod etiam talis si sit negociator nõ peccet: sicut sensit Petrus de Ancha in regula. peccatũ. de re. iu. vt refert eũ et alios Fran. de Aretio i c. cũ cã. de testi. statui adhuc latius et p alia argumẽta quorum aliqua satis possent videri apparẽtia examinare materie ꝑitatẽ: cũ etiã nõnulli theologi fuerũt qui quo ad restitutionẽ etiam eidẽ sententie fauerũt ꝑ foro ꝯscie: vt de eis meminit Johes de Gersona vt patuit in correlario tertie ꝯclusiõis huius questionis. Contra igitur ꝑcedẽtia dicta et specialiter ꝯtra duodecimũ et tredecimũ

Primo arguitur sic. In equẽti casu non tenetur A. restitutionẽ facere supaccepti. et hoc ex duabus rõnibus. igitur nec in casibus ꝑdictorum duorum dictorum. Tenet ꝯsequẽtia dupliciter. Primo a simili eo quod non videtur ratio diuersitatis. Secundo quia ratio cur in casu antecedẽtis iam formando non tenetur: eque habet locũ in casu ꝯsequẽtis. igitur. Antecedẽs patet in tali casu. Si A. esset officialis tpalis vel amouibilis: nec tñ haberet salariũ. et ꝯsuetudine ꝑmittente ꝑ ministerio suo exigeret siue extorqueret imoderate ab his quibus in officio fuit: tũc enim nõ teneretur illud sic imoderate extortũ restituere. Probatur dupliciter. Primo quia August. in cap. non sane. xiiij. q. v. dicit. quod magis reprehendẽdus esset qui a tali repeteret quam ipse qui accipit. igitur ꝑtẽdit quod non ꝯuenit repetitio ei a quo supaccepit: imo quod culpabiliter (quia reprehẽsibiliter) ageret repetẽdo. Hoc autẽ non esset si teneretur restituere. quia si teneretur supacceptũ restituere in aliquo foro. igitur supacceptũ deberetur alteri in aliquo foro. igitur alteri saltẽ in aliquo foro cõpeteret ius repetendi. Cõsequẽtia autẽ ꝓbatur dupliciter. Primo: quia videtur vtrobique simile. Nã A agẽdo officiũ locat opas suas et imoderate extorquẽdo recipit mercedẽ immoderatã earũdem. Nõ ois locans rem suã ad vsum vel psonã suam ad operas ꝟtualiter vendit id ad quod locat locatũ. scilicet vẽdit vsum rei si rem locat vel vẽdit opas suas si locat psonã suam ad opas. igitur A. etiã est in hoc casu venditor: et tñ est supaccipiẽs. igitur. Secũdo ꝓbatur ꝯsequẽtia ꝑdicta. quia ratio cur Augu. in casu antecedentis vult quod a ꝑdicto officiali nõ sit repetẽdũ supacceptũ: imo quod id sit sibi relinquẽdũ est. quia p tales psonas subuenitur malis necessitatibus humanorum actuũ quod fieri nõ posset si talia ab eis repeterentur. quamuis dicat. quamuis illud supacceptum sit turpe lucrũ in se ꝯsideratũ: et quod male fecerint vel faciãt sic supaccipiẽdo et extorquẽdo ab hominibus: tamen ꝓpter cõmune bonũ fit vt turpiter agẽtes nõ debeãt cõpelli ad restitutionẽ: alioquin tandẽ nemo subiret talia officia tã necessaria reipublice. Ad ꝓpositũ modo etiã mercatores et negociatores sunt necessarij et vtiles reipublice. ergo ipsi pro bono cõmuni nõ sũt obligãdi ad restitutionẽ sed ꝑmittendi retinere supacceptũ. Nã cõmercia nõ solũ deseruiũt bono publico simpliciter: sed etiã ꝯseruationi societatis totius humani generis. Vñ lex ad vtilitatẽ publicã ius tuũ potest trãsferre in alterum sine tuo ꝯsensu: vt in l. Lucius. de euict. et plene in ca. que in ecclesiarum. de ꝯstitutionibus. et in j. ꝯstitutiõe. ff. per Bar. Ad hoc dicendũ quod indubitanter tenendũ est quod si officialis aliquis siue maior siue minor siue sit de publico p sufficiẽs stipẽdiũ salariatus: siue nõ sit salariatus de publico: sed ab his quibus seruit colligere habeat stipendiũ vltra condignũ sibi vel ꝯstitutũ vel debitũ exigit et accipit sine libero et liberali ꝯsensu eorum a quibus accipit: si est quod notabile peccat mortaliter: et tenetur ad restitutionem. De salariato patet. quia Luce. iij. dicitur. Estote ꝯtenti stipendijs vestris: et neminẽ ꝯcutiatis. Quod etsi ad milites dictũ sit: tñ ad omnes stipẽdiatos ꝯductos extendendũ intelligitur. quia ratio est eadẽ. De non salariato autẽ dicendum quod ex quo a subditis quibus seruit recipere habet salariũ: ipse eadẽ ratione debet nõ vltra condignũ accipere ab eisdem. quia vterque officialis non minus a parte rei et virtualiter vendit operas suas (si saltem sunt ꝓbane) quam locator domus vendit vsum domus sue. Ideo sicut locator domus superacciphẽs notabiliter in locagio tenetur ad restitutionẽ sic etiã in proposito. Nequaquam ergo est intelligẽdus Augustinus illo modo vt introducitur in argumento: sed loquitur Augustinus ibi de eo officiali qui non insolenter: id est non preter consuetudinẽ vel solitum recipi exigit ab illis quibus seruit. Exigit inquam non aliquid vltra condignum vel aliquid vltra sibi debitum: immo solũ recipit

sibi debitū. sed tamē quia in exigēdo non
seruat discretionē seu debitū modū: vt pu-
ta cum nimia importunitate exigit. ideo ex
actio cū illa indiscretiōe ꝛ indiscreta instā-
tia vocaꝛ ab Augustino extorsio ꝑ imode-
ratā iprobitatē facta. et de sic extortis vult
ꝙ soleāt repeti. repeti inq̄ꝫ supple nō iure: ſꝫ
de facto: vt glo. dicit in ꝟbo repeti. ꝛ archi
diaconꝰ ibi dicit. Nota ꝙ lr̄a nō dic̄ ꝙ exi-
gāt ꝛ extorqueāt vltra debitū: ſꝫ qd̄ sibi de
beꝛ extorquēt ꝛ petūt cū nimia instātia et i
portunitate ſm̄ Hugo. q̄ꝛ si extorqueāt vl
tra debitū posset repeti: nec rep̄henderetꝛ q̄
repeteret. Hec Archid. ibidē. Ex q̄bꝫ patꝫ
ꝙ incōgrue ꝛ ꝑ̄sus nō ad mentē Augusti
ni adduciꝛ p̄dictū capitulū. ꝛ d̄ sic extortis
p̄t fieri elemosyna: vt ibidē patet. nō ḡ sub-
iecta fuerunt restitutiōi. Quāuis itaq̄ꝫ p̄di
ctus textꝰ Augustini videaꝛ in sup̄ficie no
tabiliter facere ꝓ opiniōe opposita: tn̄ mira
ri q̄s p̄t ꝙ opinio opposita nō cogitauit ꝙ
neq̄q̄ꝫ illa potuit fuisse mēs Augustini. aut
ꝙ latuit p̄dictā opinionē p̄dicta sana expo
sitio Archidiaconi desup. nec saniorē itel-
lectū ꝟboꝝ inuestigare curauit: cū tn̄ p̄ma
facie ꝟba illa Augustini videantꝛ insustini
bilia in sup̄ficie. Alia aūt q̄ in eodem argu
mēto tāgunꝛ nō stringūt scꝫ ꝙ mercatores
sunt etiā necessarij reipublice sicut officia-
les p̄dicti. q̄ꝛ nō ē ꝯcessū ꝙ officialibꝫ p̄di-
ctis liceat sup̄accip̄e vltra debitū: aut ꝙ nō
sint obligati restituere acceptū vltra debi-
tū. Qđ etiā tāgit ꝙ lex p̄t auferre vni ꝛ dare
alteri. veꝝ est: ſꝫ in ꝓposito casu nō fecit: vt
patebit latiꝰ in solutiōe septimi: noni ꝛ de-
cimi argumentoꝝ.

Secūdo arguitur

ꝯtra eadē duo dicta sic. Quia in p̄dicto ca-
su etiā vbi vēditor rem scienter sup̄uēdit: do
miniū totiꝰ p̄cij vel pecunie est trāslatuꝫ in
vēditorē de ꝯsensu ptis. igiꝛ nō teneꝛ resti-
tuere. Et multo magis habet hec rō locuꝫ
qn̄ vēditor a p̄ncipio ignorauit se sup̄uēde
re reꝫ. tūc eni acq̄sitio dominij semel facta
est etiā sine pctō. igiꝛ illa acq̄sitio debet te-
nere sicut in simili diciꝛ de p̄scriptōe bona
fide facta. Dicēdū. dato ꝙ antecedēs sit ve
rū (de q̄ tn̄ p̄t esse dubiū vt postea dicā) ta-
men ꝯsequētia non valet. Nā quilibet mu
tuatariꝰ efficiꝛ dn̄s sortꝫ: ꝛ tn̄ teneꝛ restitue

re sortē: licꝫ nō eandē in indiuiduo. Scd̄o
q̄ꝛ vsurariꝰ ſm̄ opinionē multoꝝ efficitur
dn̄s lucri vsurarij: ꝛ tn̄ teneꝛ restituere illd̄
Tertio q̄ꝛ vltra dimidiū iusti p̄cij sup̄acce-
ptū efficiꝛ de dominio vēditoris saltem ſm̄
illos aduersarios: ꝛ tn̄ etiā in foro exteriori
cogiꝛ restituere si nō velit rescindere ꝯtū.
Itē in casu q̄ minor vl' eccl'ia ita lediꝛ ꝙ cō
petit sibi restitutio in integrū: cogiꝛ ledens
restituere acceptū: etiā si factꝰ fuisset dn̄s rei
restituēde. Scd̄o dicēdū ꝙ dubiū hꝫ an-
tecedēs q̄ ad ptē sup̄acceptā. Naꝫ dās ex q̄
ignorās dat: ꝛ si sciret nullatenꝰ daret: vide
tur nō nisi mixta voluntate dare. ꝛ sic error
ex q̄ dat: causat inuolūtariuꝫ. igiꝛ nō aderit
ibi sufficiēs ꝯsensus ad trāsferendū domi-
niū. put nōnulli tenēt ex illa radice de incre
mēto vsurario ꝙ nō trāseat i dominiū vsu
rarij: eo ꝙ dās nō dat ꝯsensu nisi mixto. et
etiā q̄ꝛ lex diuīa resistit illi acceptiōi: ita vt
irritet illā acceptionē. id̄ nulla sit trāslatio.
Ita etiā diceretꝛ in ꝓposito ꝙ ambe ille cau
se habēt locū in casu sup̄uēditiōis q̄ in solu
tiōe icremēti vsurarij alleganꝛ. Ad illd̄ qd̄
addiꝛ in scd̄o argumēto d̄ p̄scriptiōe bone
fidei patebit solutio in solutiōe septimi ar
gumenti.

Tertio arguitur ꝑ au-ctorita

tē Innocētij in c. q̄ꝛ plerisq̄ꝫ. de imu. ec. q̄ d̄
officialibꝫ tenet illd̄ qd̄ i p̄mo argumēto ē
tactū. ꝛ ꝯformi textui August. ibidē intro
ducto tenet ꝙ vēditor etiā scienter sup̄uēdēs
rē n̄ teneꝛ i foro ꝯsciē restituere sup̄acceptū
ſꝫ relinq̄re p̄t heredibꝫ. Itē eiusdē sentētie ē
Baldꝰ in autētica ad hec. C. de vsu. pe. car
ta. vbi etiā dicit idē eē i aduocatis ꝛ medicis
nimis magna salaria extorquētibꝫ. Itē ea-
dē sentētia placet Frācisco de Aretio in c.
cū causa. de testibꝫ. Dicendū ꝙ Innocen-
tius sensit met oppositū illius. ꝛ hoc in ca.
in ciuitate. vt euꝫ refert idem Frāciscus de
Aretio in ca. cū causa. de testibus. vbi etiā
refert dn̄m Anthon. in ca. in ciuitate. ꝛ Jo
hanneꝫ Cal. in ca. nauiganti. de vsuris. et
abbatē modernū in ca. quia plerisq̄ꝫ. opposi
tū sentire. Et dato etiā ꝙ Innocētius non
sensisset vllibi oppositū sui dicti: tamē non
sequiꝛ ipe ita sensit. igiꝛ ita ē. Nec i ꝓblē-
maticis materijs sūt allegande glose ꝛ do
ctores: vt alibi dixi: sed ratiōibꝫ ꝛ textibus

solidis certādū ē. Ita eñ ꝯ coꝝ opiniones
ꝑter ꝓdictos doctores allegari pñt glose ⁊
doctores nō solum theologie: sed iuris di
centes illicitum esse superuendere scienter
etiā nō vltra dimidiū iusti ꝓcij. ⁊ ꝙ restitue
re tenet: vt Salicet⁹ in autētica ad hec. de
vsur. Itē in. l. semp in ꝯuētiōibꝫ. ff. de re. iu
ris dicit glo. Nō ꝯgruit honesto viro cir
cūuenire aliū infra dimidiū iusti precij. Et
Bald⁹ in ca. cū causaꝫ. de emp. ⁊ ven. dicit.
Nō licet in foro ꝯsciētie ptibꝫ se fallere in mi
nori q̄ntitate q̄ꝫ dimidia: q2 ꝯsciā ē bonus
vir: sꝫ h̄ nō ꝯuenit bono viro ꝑ q̄ allegat ꝓ
dictā glo. Et subdit: q̄ ꝗ ibit aīa mercatoꝝ.
hec ille. vt eū refert Barbati⁹ in c. cū causa
de emp. ⁊ vē. Itē Johes de anania nō so
lū cēset talē supuēditionē illicitā ⁊ supacce
ptū i foro ꝯsciē eē restituēdū: sꝫ etiā empto
ri posse in foro exteriori canonico subueni
ri saltē officio iudicꝫ. ⁊ ad hoc practicā de
dit vt eū Barbati⁹ refert i c. ꝗ. d emp. ⁊ vē.

Quarto arguitur.

Quia si nō: maxime q2 sic supuēdēdo turpi
ter faceret vt dicūt iura. xiiij. q. iiij. q̄cūqꝫ. et
lxxxviij. di. eijciēs. et c. j. de emp. ⁊ vē. Sed
illa ꝯsequētia nō valꝫ: turpiter facit vl' tur
piter acquirit: igit tenet restituere. q2 mlta
sūt turpia lucra q̄ q̄s nō tenet restituere: vt
ꝓciū meretricij: ⁊ lucrū qd cleric⁹ negociā
do acq̄rit: ⁊ sic d alijs. aut lucrū qd q̄s die
festo acq̄rit laborādo in casu q̄ hoc nō licꝫ.
Dicēdū ꝙ nō ꝓcise iō dixim⁹ venditorē te
neri ad restitutionē: q2 turpiter fecerit. Sꝫ
q2 sic turpiter fecit hoc determiato mō tur
pis actiōis scꝫ ꝙ ꝯtra iusticiā cōmutatiuā
quā violauit egit. ideo in foro cōsciē tenet
reducere suū actū ad eq̄litatē vel rescinde
re eundē: al's ꝑseuerat in iniusticia cōmuta
tiua ⁊ eā ꝯtinuat. ⁊ sic turpis est nō tm̄ i ac
q̄rendo: sed etiā in retinēdo. secus est i mul
tis alijs turpibꝫ acq̄sitiōibꝫ vbi nō agit cō
tra iusticiā cōmutatiuā: vt sūt exēpla de q̄
bus in argumēto fit sermo. Nā ꝯtra iusti
ciā cōmutatiuā nec meretrix agit accipien
do ꝯsuetū vel sine fraude corꝑis sui loca
giū: nec scortator dādo illud: licet in eo pro
quo illa accipit ⁊ ille dat ꝓciū: peccꝫ vterqꝫ
Eodē modo dicēdū de clerico negociāte ⁊
alio laborāte die festo ꝑ mercede. stat eñ il
los seruare eq̄litatē iusticie cōmutatiue.

Quinto arguitur.

Quia iuriscōsulti in. l. Itē si ꝓcio. §. fi. ff. lo
cati. et in. l. in cause. §. fi. ff. de minori. dicūt
naturaliter ꝯcessū est ⁊ ꝑmittit ꝯtrahētibꝫ
seinuicē circūuenire atqꝫ circūscribere. Et
hoc nō videt dixisse nisi ꝑ tāto ꝙ voluerūt
dicere ꝙ hoc fuit tolerādū. de iure gētiū ne
īpedirent cōmercia hoim. igit. Dicēdū si h̄
voluerūt iuriscōsulti dicere sicut i argumē
to ꝓtendit eos voluisse dicere: tūc intelligē
di sūt illud ꝑ suo foro scꝫ ꝯtentioso dixisse.
ita ꝙ voluerūt dicere ꝙ i eo foro nō punie
tur nec cōpellet vēditor supacceptū restitu
ere si nō vltra dimidiū iusti ꝓcij supaccepit
Sꝫ ꝑ hoc nondū habet ꝙ ꝗ venditor sit li
ber a restitutiōe etiā i foro ꝯsciētie. De illo
eñ ipsi nō curauerūt vel nō disposuerunt
quidpiā. nec etiā ꝑ hoc habet sufficiēter ꝙ
voluerūt vēditorē ita esse factū dñm illius
supaccepti: ꝙ nō teneret restituere i foro cō
sciētie: sed solū ꝙ in suo foro nō possꝫ com
pelli ad restitutionē. Preterea ꝯstat ꝙ iuris
cōsulti vel leges multas vsuras nō solū ꝑ
miserūt: sed etiā ꝯcesserūt: vt patuit q. xxij.
ita ꝙ nō solū censuerūt vsurariū nō esse cō
pellendū ad restitutionē: imo disposuerūt
eū q̄ recepit sub vsuris cōpellendū esse ad
solutionē earundeꝫ. nec tamē ex hoc potest
sufficiēter inferri. ꝗ vsurarij poterāt in foro
ꝯsciētie illas retinere: q̄ntūcūqꝫ impator es
set dñs qui posset trāsferre dominia reruꝫ
de vno in aliū. Et huius ratio est: q2 hic re
sistebat lex diuina q̄ voluit irritā esse trāsla
tionē factā ꝑ illā viā scꝫ mutuatōis: ita eti
am in ꝓposito diceret in supuēditiōe facta
ꝯtra iusticiā cōmutatiuā: ⁊ ꝯtra legem di
uinā ⁊ naturalē. Nā naturalis dictat iusti
ciā cōmutatiuā. ⁊ diuina dicit ne q̄s super
grediat vel circūueniat fratrē suū in nego
cio. Vindex est eñ dñs de his oībꝫ. j. ad
Thessal. iiij. Secūdo dicēdū ꝙ nō opor
tet admittere ꝙ hoc voluerint dicere qd in
argumento assumit eos voluisse dicere: vt
ptꝫ ex dictꝭ alibi: sꝫ pot⁹ sic ꝙ illd ē natu
rale. i. natū ꝯtingere: ⁊ etiā ē naturale natu
re corrupte: q2 emptor iclinat ad remissius
emēdū ⁊ ali⁹ ad supuēdēdū. Natū eñ ē ꝯti
gere ꝙ decipiant ꝯtrahētes supposita hūa
na ignorātia: ⁊ iō voluerūt nō dari passim
actionē pro quacūqꝫ supacceptōe nisi esset

ultra dimidiũ iusti precij.

Sexto arguitur.

quia quandocũq3 aliqua lex positiua concordat cũ equitate naturali: tũc illa etiã in foro conscientie est seruanda: ut dicũt doctores in ca. j. de constitutionibus. et in cap. quia plerique. de immunitate ecclesiarũ. Predicta autem lex scz q licitũ est cõtrahẽtibus se decipere est positiua: et concordat cũ equitate naturali. q2 naturalis eqtas ad hoc iclinat q maius bonũ (cuiusmodi ẽ bonũ publicũ cui deseruiũt tã officia q̃3 negocia mercatorũ) pferat minori bono cuiusmodi ẽ puatũ. et p 9ñs quilibet puatus deb3 nolle sibi fieri restitutionẽ supaccepti nõ ultra dimidiũ a vẽditore: ne volendo illũ rehabere turbent negocia et mercatorũ officia plurimũ reipublice necessaria et oportuna Dicẽdũ. dato q maior sit vera: minor negat pter duo. Primo q2 negãdũ est q ius illud positiuũ dederit licẽtiã sese decipiẽdi etiã citra: nec potuit talẽ licẽtiã dare loquẽdo saltẽ de deceptiõe a pposito et sciẽter facta et de licẽtia simpliciter dicta. Et dico sciẽter facta. Nã de deceptiõe ignorãter facta hoies nõ indiguerũt licẽtia eã faciẽdi: q2 illa nõ ẽ pctm̃: ideo nõ idigẽt hoies aliq̃ excusatiõe vel licẽtia faciẽdi eã. Sed de deceptiõe sciẽter et a pposito facta p3 q leges nõ dederũt: imo nõ potuerũt dare licẽtiã decipiẽdi seinuicẽ: q2 nullus hõ etiã imperator vel papa põt dare licẽtiã agẽdi 9 legẽ diuinã3 phibẽtẽ fraudẽ et iniusticiã 9mutatiuã. Et dico loquẽdo de licẽtia simpliciter dicta: q2 bñ verũ ẽ q potuisset dedisse licẽtiã fm quid: hoc ẽ potuissetq3 suo foro ipunitatẽ 9cessisse ei q sciẽter (dũmõ sine dolo adhibito) decepisset primũ sic et dedit. Scdo ẽ pdicta minor neganda ideo: q2 nõ ẽ verũ q eqtas naturalis habeat q nõ teneat i foro 9sciẽtie restituere: quia eqtas naturalis nõ h3 q qs pseueret i iniusticia cõmutatiua q eã 9tinuet: cũ lex naturalis cui eqtas naturalis nõ 9riat dãnet i iusticiã cõmutatiuã. Et cũ pbat q2 eqtas naturalis h3 q maius bonũ pferat minus bono. Dicẽdũ dupliciter. Primo q illa platio maioris boni p minori põt fieri. et p 9ñs saluari põt bonũ publicũ si p solo foro exteriori pmittat vẽditor retinere illud supacceptũ: nihilominus eo remanẽte obligato p foro conscientie ad restitutionẽ. tũc eñ adhuc satis multi repliẽt q libẽter negociabũt et mercãtias exercebũt: sed forte qui p quantulũcũq3 modico supaccepto viderẽt se cõpellẽdos ad restitutionẽ in illo foro. S3 pter hoc q dicitur eis q nihilominus sint p foro 9sciẽtie obligati ad restitutionẽ notabilium etiã citra dimidiũ iusti pcij sciẽter vel ignorãter supacceptorũ nõ turbat respublica: maxime quando etiã p illo foro dicimus vt Scotus loqt magnã esse latitudinẽ iusti pcij et nõ punctualem vel strictã: imo magis saluat q2 p bono reipublice et ad cõmunẽ utilitatẽ hoim sũt cõtractus adinuẽti. q quãto plus homines illo mõ 9trahũt quo eorũ 9tractus sũt eque in utilitatẽ unius 9trahẽtiũ sicut alterius: tãto melius stabit respublica. Secũdo dicendũ q iusticiã cõmutatiuã sciẽter violare aut etiã ignorãter saltẽ in notabili quãtitate violatã: postea sciẽter 9tinuare et in ea pseuerare: nõ ẽ tale quid q p bono reipublice oporteat eã sic violãti 9cedere p foro cõsciẽtie libertatẽ a reductiõe cõmutatiue inequitatis ad equitatẽ. Cũ eñ aduersarij saltẽ aliqui fateant illicitã esse talem supacceptionẽ sciẽter factã quicquid sit apud eos de restitutiõe) et nihil illicitũ pmoueat rempublicã. nũq3 eñ malũ vel peccatũ pfuit sicut nec bonũ unq3 obfuit: sequit q pdicta supacceptio nũq3 fuit pdicto mõ puilegianda aut ita fauore psequẽda q saltẽ viciose et illicite supaccipiens liberet a iure publico: vt nõ teneat sic supacceptũ in quocũq3 foro restituere: imo eo ipso q sic libertaret viciose supaccipiẽs: puocarent et inuitarẽtur homines ad peccata cõmittẽda: sicut in sili dicit q nõ valet lex qua disponit q prescriptio male fidei sit translatiua rerum de eo contra quẽ pscribit in pscribentẽ.

Septimo arguitur

quia q pscripsit rem alienã nõ tenet restituere eandẽ: nõ obstante q in hac pte dãnificat is 9tra quẽ pscribit: et tamẽ q illa libertas vel nõ obligatio restituẽdi seu facultas retinẽdi 9uenit pscribenti: solũ est et oritur ex dispositiõe et autoritate cuiusdã iuris positiui taliter se habẽtis q cũ eo 9cordat eqtas naturalis: et q id fuerat institutũ p bono publico: ne sc3 fierent lites interminabiles: et turbaretur bonum reipublice scilicet pax ciuium. ergo etiã sic erit in proposito.

Et ꝯfirmatur q2 qd plus est ꝓpter bonū religionis admittitur pscriptio rei aliene ꝯtra ꝯsciētiam ad modū. vt patet p. c. j. de pscrip. ⁊ p ibidē notata. Dicendū q quo ad primā partē potest retorqueri ꝯtra opinionē ꝯtrariā. Nā opinio ꝯtraria dicit q etiā si scienter supaccipiat pōt retinere licet peccauerit vel turpiter egerit supaccipiēdo saltem vt aliqui dicūt. Et tamē qui pscribit mala fide scȝ sciēter rem alienā ad se trahēs ⁊ detinens nō solū male agit. Primo eam rem accipiēdo ⁊ ad se trahendo sed etiaȝ postea diu detentā nō restituendo etiā dato q legitimo tpe eam detinuisset. adeo inquātū male agit q nō est tutus in foro ꝯsciētie. etiā dato q leges voluissent in eū etiā mala fide pscribentē trāstulisse talē rem eo q canones nō assistunt nec ꝯcedūt robur tali trāslationi vel legi sic disponēti quin in foro ꝯscientie teneatur restituere. Inefficax itaq3 redditur ciuilis lex disponēs talē translationem fore efficacē ⁊ eneruatur a resistentia canonū quos sacre leges nō dedignantur imitari. ergo etiaȝ sic erit in ꝓposito q saltē ille qui scienter supuendit nō erit tutus in ꝯsciētia quin teneatur restituere etiā dato q leges voluissent eū esse factū dn̄m supaccepti q2 supponendū esset q canones nō voluissent illas leges habere robur sic transferendi res eo q ille leges nutrirēt peccata. sicut i simili dicetur de pscriptione male fidei. Unde etiam ex hoc q canones sic disposuerūt in pscriptione male fidei: sumitur sufficiēs indicium q canones idipm etiā voluerint seruari in omni lege nutritiua peccati ⁊ sic fauorabili ⁊ peccatis ⁊ iniquis hominibꝫ sciēter violantibꝫ iusticiā in hijs ꝯtractibꝫ qui sunt p cōmuni vtilitate adinuēti. Et quia hec solutio satis euacuat argumentū inquātum argumentū nititur ꝓcedere de scienter ⁊ mala fide supuendēte q2 dicitur q talis nō potest ptextu legū (etiā si ille id voluissent) se tueri a restitutione in foro ꝯscientie sicut nec pscribēs mala fide id pōt: ꝯsequēter est etiā euacuandū quo ad aliū venditorē. scilicet qui saltē bona fide supuendidit ⁊ postea cōperit se in notabili supuendidisse. Ideo scdo dicendū q nō est simile de pscriptiōe bone fidei ⁊ de supuenditiōe bone fidei. q2 a sup pmo habent nō solum leges expsse q volunt rem pscriptā esse sic prescribētis sed etiam ad hoc habentur iura canonica idipm ratificantia vel saltem legibꝫ nō resistētia. ⁊ ideo nimirū q talis est liber a restitutione i vtroq3 foro etiā sciētia q res fuerit aliēa supueniente post legitimū tēpus cōpletuȝ q2 auctoritate eius qui pōt dominia vel iura rerū transferre retinet: nec eius dispositioni obstat ius canonicū vel diuinū eneruās virtutē legis eiusdē. Sed nō sic habemus legem impialem vel canonicā que disponat et velit superuendentē saltē in notabili esse liberū p foro ꝯsciētie a restitutiōe supaccepti postq3 supuenerit sibi scientia supaccepti. sed illa iura habēt se ad hoc tm̄ negatiue. id est nō dant actionē p foro ꝯtentioso ꝯtra eundē ad restituendū. cū hoc autē stat q nihilominus teneatur in foro ꝯscientie p q re linquit eū ius canonicū ꝯsciētie sue: put i plerisq3 alijs negotijs ⁊ causis fieri solet vt in matrimonialibꝫ patet. satis igitur admittitur eis si dicatur q si supuenditiōi ignoranter et bona fide facte accedat pscriptio vel vsucapio nō teneatur in foro ꝯscientie restituere post tēpus legitimū bona fide cōpletum. sed h esset ratione vel virtute pscriptiōis vel vsucapionis nō ꝑse ratiōe ꝯtractus emptionis vel venditiōis aut ꝯsumpte donatiōis

Ad ꝯfirmationē dicendū q ille eps q laborat ad cōuertendū plebē alterius negligentis ⁊ ammoniti epi non mala sed bona fide ⁊ ꝯsciētia intromittit se de hijs q pertinēt ad illū aliū episcopū etiā ante tempus completū requisitū p pscriptione: q2 hoc facit de ꝯsensu ecclesie vniuersalis ⁊ ꝯcilū vt patet ibidē. ideo nō bene assumitur in argumento cū dicitur ꝯtra conscientiā.

Octauo arguitur sic q2 cōditor iuris canonici nullā dedit actioneȝ vel remediū emptori ad recupandū supacceptum. nec ordinauit aliqd remediū compulsoriū quo cōpelleretur vēditor ad restituendū illud si est nō vltra dimidiū iusti pcij supacceptū. cōditor aūt canonis nō omisisset remediū dare tali emptori si sibi deberetur ⁊ restituendū esset supacceptū nec omisisset ordinare aliqd cōpulsoriū quo cōpulsus fuisset vēditor ad restituēdū supacceptum. alioquin culpabiliter neglexisset nō obuiando iniquitatibꝫ ⁊ delictis. igitur signū est q cōditor canonuȝ censuit q auctoritate

legum ⁊ imperialium iuriū (q̄ possunt transferre dn̄ia rerū) fuisset dn̄ium illi⁹ supacceptę pecunie trāslatū i vēditorē etiā irrepetibiliter. Dicendū ꝯcessa maiore negeł minor: q: in filii daꝛ instātia. Nā ꝯditor canonū dȝ ꝑ suo foro etiā exteriori penas statuere ꝯtra delinquētes sibi subiectos. ⁊ tamen ꝯstat ꝙ p̄teriuit multa peccata de quoꝝ penis nihil statuit pro foro exteriori. eo ꝙ nō omnia peccata ptinēt ad illū forū etiā si de eis ꝯstare posset in illo foro sufficiēter. ⁊ tn̄ nihilomin⁹ ꝑ foro ꝯsciētie sufficiēter puidit de singulꝛ quō in illo foro debēt puniri. q: statuit ꝙ ꝑ quolibet mortali debet septennis penitētia imponi. ⁊ in. c. j. de emp. ⁊ vēditio. vult ꝙ nō vltra iustū p̄ciū vendaꝛ in hoc ꝙ disponit ꝙ monēdi sint fideles ꝙ nō cari⁹ vendāt trāseūtib⁹ q̄̄ i mercato vēdere possint. ⁊ xx. dieꝝ penitentiā imponendā decernit in pane ⁊ aqua ei qui causa lucri mutare p̄sumpserit iustas mēsuras. ⁊ tn̄ eq̄ est iniq̄tas ꝯ cōmutatiuā iusticiā supaccipiēdo in p̄cio. Ita etiā sup aliquib⁹ restitutionib⁹ male pceptoꝝ potuit licite omittere dispositionē nihil disponēdo quō tales essent in exteriori foro cōpellēdi ad restitutionē ⁊ tn̄ nihilomin⁹ sufficiēter ꝑ foro ꝯsciētie disposuit ꝙ tales sint cōpellēdi ad restitutionē. ⁊ h̄ facit ius canonicū in hoc ꝙ pro foro ꝯsciētie illud dictat fuādū quod ius naturale ⁊ diuinū dictat seruādū. Ius aūt naturale ⁊ diuinū dictat ꝙ nemo debeat alteri facere ꝯtra iusticiā cōmutatiuā sciēter: dicēs. Qd̄ tibi fieri nō vis alteri nō facias. Itē apostol⁹. ne q̄s suggrediaꝛ vel circūueniat fratrē suū in negocio. Nec distinguit an vltra dimidiū iusti p̄cij vel citra cū circūueniat vel suggrediaꝛ. ꝙ si ignorāter fecerit eque dictat ꝙ postea superueniente sciētia nō debeat in illa iniusticia cōmutatiua perseuerare. Itē iniusticiā cōmutatiuā ꝑximo inferre est ei malū facere. talis aūt nō ingredietur domum dn̄i. ps. xvij. si est notabile. igitur. Et ꝑ idē patet solutio si arguatur Lex ciuilis etiaȝ in foro anime ⁊ canonico valet qn̄ non est improbata a iure canonico. talis autē est p̄dicta lex ciuilis admittēs deceptionē citra dimidiū ⁊c̄. Patet eniȝ ꝙ lex canonica acceptādo legē diuinā et naturalē improbat p̄dictā legē si ꝯcessisset talem deceptionē aut retentionē.

Nono arguitur Qui superuendit etiā sciēter ⁊ tn̄ nō vltra dimidiū iusti p̄cij: facit hoc legis auctoritate. igiꝛ nō peccat. ⁊ si nō peccat: multo magis nō tenebiꝛ ad restitutionē. Antecedēs ꝓbatur. quia lex nō punit sic superuendētē nec cōpellit eū ad restitutionē. ꝯsequentia aūt tenet quia nemo legis auctoritate peccat. Lex eīm est iusta ⁊ in dubio p̄sumit iusta. nemo aūt peccat cōformādo se iuste legi. Dicendū antecedēs est falsum si loquaꝛ de lege diuina. q: illa nullibi dedit auctoritatē suggrediēdi fratrem suū in negocio sciēter. Si autē loquaꝛ de lege ciuili. dicendū dupliciter. Primo dato ꝙ antecedēs esset verū tamē debȝ negari ꝯsequētia. Nā nō sequiꝛ. lex ciuilis cōcedit licentiā vel dat auctoritatē homini hoc faciēdi. igiꝛ licite hoc facit. Nā concessit licentiā vel dedit auctoritatē vsuras exercendi. vt patuit q̄one. xij. ⁊ multo min⁹ sequiꝛ. lex ciuilis pmittit hoc. igiꝛ est licitū quia min⁹ est legē pmittere aliq̄d q̄̄ auctoritatē vel licentiā illud faciendi p̄stare vel illud vt fiat ꝯcedere. Nec est verū ꝙ ille qui facit aliquid lege ciuili imo etiaȝ canonica ꝑ foro ꝯtentioso loquente ⁊ illud pmittente nō peccet. sed opteret addere lege tali cōcedente ⁊ cū hoc dūmodo lex sit iusta ⁊ diuine nō dissona. Scd̄o dicendū ꝙ antecedens nō est veꝝ. quia lex ciuilis nō dat auctoritatē vł licentiā sciēter supaccipiēdi. imo naturalis ph̄s abhorreret hoc admittere. sed statim noīatum diceret id ꝯuolutā in noīe habere maliciā. ij. ethicoꝝ. sed bene verū est ꝙ lex ciuilis non disponit de pena sic supaccipienti infligenda. nec d̄ remedio eundē ad restitutionē compellēdi. ⁊ sic tn̄ permissiue ⁊ dissimulatiue se habet ad illaȝ superacceptionē nō ergo diceꝛ prestare licētiam vel auctoritatē eidem. Qꝫ si fortificeꝛ argumentū dicēdo ꝙ saltem lex canonica cōcedit illā supacceptionē. Dicendū ꝙ est falsum sȝ solū pmittit ⁊ demꝗ nō simpliciꝛ sed ꝑ foro exteriori tn̄. id est nō punit nec compellit eū ad restitutionē in foro exteriori sic. sed nō sequitur. lex canōica nō punit aliquid in exteriori foro. igiꝛ homo id faciens nō peccat. q: sic multa pctā non essent pctā sup quoꝝ penis nihil disponit lex canonica ꝑ foro contentioso.

Decimo arguitur lex ciuilis imo canonica nõ improbat istũ contractum nec resistit ei. igitur est licitus.

Dicendũ q lex canonica pro foro contentioso nõ improbat eum nec resistit ei tamen improbat pro foro conscientie in hoc q p illo foro improbat omẽ illud ⁊ resistit omni illi quod improbatꝛ ⁊ cui resistit lex diuina ⁊ naturalis: cuiusmodi est iusticia commutatiua. Item alius defectus argumẽti est quia nõ sequitꝛ. lex nõ resistit ei. igitur assistit ei vt patet de se. nam qui mihi nec est inimicus nec amicus nõ resistit mihi. nec tamen sequitur. igitur assistit mihi. Simili modo falsum est si dicatur q lex ciuilis ⁊ canonica approbant illũ contractũ vt patuit. sed bene verum est q non improbãt euz in foro exteriori: tamẽ hoc nõ est eundẽ positiue approbare vel assistere eidem positiue sed solũ priuatiue ⁊ negatiue. i. nõ resistunt eidẽ. nõ sunt autẽ idem affirmatio ⁊ negatio. cuiusmodi sunt assistere ⁊ non resistere. Nam etiã de chymera verũ est dicere q nõ resistit mihi nec tamen verum est q assistat mihi.

Undecimo arguitur. Si scienter ⁊ tamẽ nõ vltra dimidiũ iusti precij supuendẽs tenetur restituere in foro cõscientie supacceptum vel saltem rescindere contractũ: hoc esset maxime ex aliquo dictamine legis naturalis ⁊ recte rationis: q̄uis nõ legis humane. sed illud est falsum. igitur. Maior pbatur quia nulla lex positiua ciuilis vel canonica est assignabilis que euz ad hoc astringat vt patet ex pdictis. Minor probatꝛ quia nl'la recta ratio dictat immo nec patitꝛ q predictus contractus veniat vllatenus rescindẽdus. ⁊ tamẽ si tenereꝛ restituere supacceptum ⁊ nollet: tenereꝛ rescindere cõtractum. igitur. Assumptũ p pma parte probatur p. l. si voluntate. C. de rescindenda venditione. vbi impator dicit q nec bona fides nec aliqua ratio patitꝛ q contractus isto casu sit rescindendus. Modo ibi loquitur de cõtractu in quo res non vltra dimidiũ iusti precij venditur vel in quo nõ sub dimidio eiusdẽ emitur. Loquitꝛ etiã ibi de ratitudine illa que opponitꝛ cuicũq3 rescissibilitati quo mõ ille cõtractus dicitꝛ ratus qui nõ solum tenet seu nõ est null⁹ sed qui etiã non est absolute vel sub disiunctiõe rescindendus ita q alter cõtrahentiũ nõ tenetur ad rescindendũ eum siue absolute siue sub disiunctione ad reductionẽ eius ad equalitatem. Nam loquendo de illa imperfecta ratitudine tm̃ qua aliquis contractus dicitur pro tanto ratus. quia nõ est nullus sed tenet ⁊ tamẽ potest agi ad eius rescissionem saltẽ sub disiunctione ⁊ alternatiõe ad reductionem eiusdem ad equalitatem: hoc est q vel rescindatur vel reducatꝛ ad equalitatem: tunc nõ fuisset opus imperatorem cum tanta exaggeratione rationum ⁊ verborum dicere q nulla fides vel ratio pateretur predictũ contractum irritari seu quin predictus contractus esset ratus. quia etiaz si esset vltra dimidiũ iusti precij factus nihilominus essz adhuc ratus illo modo. id est teneret seu nõ esset nullus ⁊ tamen ille q̃ fit nõ vltra dimidiũ iusti precij ẽ aliqua vlteriori ⁊ maiori ratitudine ratus. ⁊ illa ratitudo maior vltra eam que est contractũ nõ esse nullum seu eum tenere: nõ est nisi eius irrescibilitas etiã absoluta. igitur imperator vult q contrahẽs nulla ratione tenetur ad rescindendũ eum siue absolute siue sub disiunctione ad reducẽdũ eum ad equalitatem. ⁊ tamẽ si in foro cõscientie tenereꝛ ad alterum illorum iam subesset aliqua ratio eundem irritandi ⁊ nõ ratum habendi saltem sub disiunctione vt dictum est. Dicẽdum primo q nõ est dubiuz quin nulla ratio subsit quo minus ille contractus sit ratus ratitudine prima ⁊ imperfecta. id est q teneat sic q deceptus teneatur cõtractui stare etiam in vtroq3 foro quia nõ est decept⁹ in contractu absolute eo q supponitꝛ q nullus dolus dederit sibi causam contrahendi. imo nec dolus inciderat sibi in contractu licet deceptio a pposito interuenerit: ideo quod placuit semel displicere sibi vltra nõ debet. sed quia nõ loquitur tm̃ de illa ratitudine vt probatum est: sed etiam de pfecta ratitudine: ideo Scdõ dicenduz q loquẽdo de secunda ⁊ perfecta ratitudine etiam nulla subest ratio eum absolute nõ habendi ratum seu eum absolute irritandi aut absolute rescindendi ⁊ hoc patet ex eadem ratione. Tercio dicendũ q loquendo de predicta perfecta ratitudine opposita rescissibi

litati non absolute sed capte cum disiunctione ad reductionem eius equalitatem. tunc in foro conscientie subest sufficiens ratio etiam vrgens ad rescindendum eum vel reducendum eum ad equitatem. vt patz ex predictis. z si imperator de illa ratitudine z pro illo foro loquatur neganda est eius assertio. nec oporteret stare eius dictis in hac parte. quia est contra legem naturalē q talis contractus sit illo modo ratus habendus. id est q scienter superuendens notabiliter (licet citra dimidium iusti precij) nō debeat aut satisfacere decepto de superacceptio ab eo aut rescindere illum contractum qui sibi tam inequalis extitit z contra commutatiuā iusticiam secū initus. Nec oportet semper stare dictis legum ciuilium cum etiam ille censuerint vsuras aliquas posse recipi quas etiam dixerunt optimo iure deberi. z q ratio suaserit eas admitti z posse retineri, put deductum est questione. xxij. i nono argumento. Quarto dicēdū (quod plus est) q si etiam imperator loquendo d ratitudine predicta de qua vltimo diximus vellet etiam pro solo foro contentioso intelligi suum dictum: adhuc si ita crude intelligatur non videtur simpliciter verū q nulla ratio patiatur eum irritare vel non ratū habere seu rescindere saltem sub disiunctione predicta: quia constat q imperator potuisset eque etiaz rationabiliter statuisse q superuendens nō vltra dimidiuz iusti precij sed ad dimidiam vel paulo minus q̄ ad dimidium teneretur eque rescindere cōtractum vel restituere superacceptum. sicut q superuendens in vno denario solum vltra dimidiuz iusti precij teneretur aut rescindere contractum aut restituere superacceptuz que enim ratio esse potest q ille qui rē valentem tm̄ decem flor. vendit pro quindecim flor. z vno denario tenetur rescindere contractum aut restituere superacceptum que non eque etiam posset induci q si ille eādem rem venderet pro. xv. flor. z nō etiaz pro. j. denario vltra: etiam teneretur aut rescindere aut restituere superacceptum. Unde dicendum q imperator loquitur supposita dispositione iuris ciuilis vt sit sensus q nulla lege ciuili cauetur q sit rescindendus.

Duodecimo argui

tur. Quandocunq rationabiliter potest psumi q emptor donauerit venditori eā partem precij in qua venditor sibi superuendidit rem: tunc venditor non tenet in foro cōscientie restituere superacceptum. Modo rationabiliter potest presumi q post cōclusionem contractus emptor voluerit donare venditori eam partem in qua sibi superuendidit. igitur venditor non tenetur restituere. Maior nota. Minor probatur. quia licet cum adhuc ambo versantur inter contrahendum z ante conclusionem contractus non presumat q intentio ementis sit: super id quo dignum est soluere pro merce: si potest eam obtinere pro digno. quia nemo psumitur iactare suum. l. cum indebito. ff. de proba. tamen postq̄ predictus contractus est conclusus z consummatus vel cuz iam concludunt cuz: potest hoc presumi. z hoc ex eo fundamento: quia ideo inter contrahendum adinuicem tamdiu disputant: puta vendens primam superet: hibet rem: et postea descendit. emens autem primo diminute offert precium z postea auget. quatenus per mutuam disputationem z mentium suarum atq voluntatum explorationem: tandem (instar agentis z patientis naturalis vbi non tm̄ passum patitur sed etiam agens repatitur) quilibet in eam quantitatem descendat que vtriq finaliter placebit. z sic ex illa declinatiōe z cōcursu vtriusq in vnam sententiam post talem disputationem presumitur: q vterq velit: si alter ab altero in aliquo etiam notabili et scienter z multomagis in aliquo nō notabili etiam scienter superaccipiat: q velit sibi illam partem donasse. Et super illa presumptione videtur etiaz predicta lex se fundasse. dicit enim q partes ad contractum ipsum in eundum accedunt diuerso animo. vnus vt vilius emat: alter vt carius vendat. Puta venditor diminuit de precio quod prius petijt z emptor auget preciuz quod obtulit quousq cōueniant in certam summaz et propter illam causam subiungit ibi imperator iniquum esse recedi a ptractu. que verba non possunt aliter exponi si debeant aliquid apte inferre: nisi quia presupponūt

q per illam preuiã mutuam agitationem: partes tandẽ conuenientes videant̃ cõsentire. vt si quis eoꝝ ab altero scienter siue in notabili siue i nõ notabili decipiat̃: q equo animo ferat. ⁊ sic emptor presumit̃ venditori donasse a se supacceptum. Dicendũ cõcessa maiori negat̃ minor. si saltẽ intelligatur vniuersaliter vel necessario quasi semp posset hoc de emptore rationabilr̃ p̃sumi: etiam nõ accedente alia circũstantia expressiore q̃ sit illa quã argumentum pretendit: Ad ꝓbationem dicendũ q sicut ante contractum ⁊ inter contrahendũ non presumitur ipse illius esse mentis si venditor scienter sibi in aliquo ⁊ p̃sertim notabili supuenderet q vellet illud sibi sic sciẽti illã inequalitatem donare. Exemplũ. sicut ratiõabilit̃ possum p̃sumere q si quis rem solum decẽ flor. valentẽ vult a venditore aliquo emere q inter contrahendũ vel ante cõclusionem contractus sit illius voluntatis. q si venditor sibi rem in quinq; vel quattuor flor. scienter supuenderet: nõ vellet eidẽ illos quinq; vel quattuor flor. censeri donasse. puta si sibi venderet .p. xv. vel .xiiij. flor. licẽ neuter excessus sit vltra dimidiũ iusti precij: sic eque presumitur q in ꝯclusione contractus vel post conclusionẽ emptor nõ sit illi⁹ mentis q si venditor sibi scienter supuendiderit in tanto: velit sibi donasse. Et cum ꝓbatur q ideo fit ante cõclusionẽ inter eos mutua illa disputatio ⁊c. Dicendũ primo q si venditor scit latitudinẽ iusti precij nõ est sibi licitum rem primo sup illã exhibere emptori. ꝓbatur. quia aut venditor est illius ꝓpositi q si emptor ex ignorantia illico sic acciperet: vellet sic sibi dare. ⁊ tunc est in ꝓposito violãdi iusticiã cõmutatiuã aut nõ est in illo ꝓposito ⁊ tũc mentit̃ dicens. sic dabo vl' simulat aliter habens in corde q̃ in ore. sed quãdo exhibet eam intra latitudinẽ iusti p̃cij in qua sunt tres gradus: potest eã exhibere in rigido gradu ⁊ velle in corde cõformiter ori sic vendere si alius sic vellet accipere. ⁊ postea si ali⁹ nolit in illo gradu emere: potest descendere ad mediocrẽ vel pium ⁊ infimũ gradũ. secus autẽ de gradu scienter egrediente latitudinẽ iusti precij. Disputatio ergo illa p̃uia cõclusioni contractus apud venditorẽ scientẽ latitudinẽ iusti precij nõ potest licite ad hoc esse vt intẽdat scienter emptorẽ deducere ad preciũ excedẽs aliquo mõ ⁊ maxime notabiliter latitudinem iusti precij. nec illa disputatiõ est adeo efficax q poterit ex emptore prius nõ volente donare nec habente animũ donandi facere q velit donare aut habeat animum donandi. Et si dicis. cur ergo in preambulis cõtractus ⁊ inter contrahendũ tamdiu disputant: si eque in fine cõtractus ⁊ cõclusione eiusdẽ nõ habet emptor animũ donandi sibi aliquid etiã notabile venditori sicut nec habuit a principio. nam si sic tunc eque in fine nõ concluderet contractũ secũ sicut a principio nõ voluit cõcludere et descendere in sententiã venditoris. Dicendũ q ideo in preambulis sic disputat emptor cum venditore sciente vel presumpto scire valorem rei: quia emptor ignorãs valorẽ rei timet ledi ⁊ presertim notabiliter. ⁊ inter duas lesiones minus fugitur minor q̃ maior. ideo laborat emptor vt saltem nõ notabiliter ledat̃. nõ ergo consentit vt notabiliter etiam citra dimidiũ iusti precij ledat̃. q̃a etiam illa que est dimidia vel modicũ infra eam: adhuc potest notabil' esse et enormis vt patet in exemplo premisso. Nec notabilitas est solum attendenda ex parte quantitatis p̃cij. sed etiã ex parte paruitatis mercis que emit̃. que si sit parua: tũc etiam parua quãtitas superaccepta in precio erit dicenda notabilis. patet ergo ex p̃dicta circũstantia sola p̃sumendũ non esse de consensu emptoris de recipiẽdo notabile quid scienter superacceptũ. Sed si venditor etiam non bene sciat valorẽ rei atq; ita etiã eque reciproce timeat ledi ab emptore ⁊ ideo disputet ne emptor (quem forte timet scire vel melius se scire valorẽ rei) eũ ledat: fatendũ videtur tũc q si in aliquo nõ notabili supuendat: possit p̃sumere de consensu emptoris q consentiat in retentionẽ superaccepti vel etiam si nõ consentiret tamẽ consentire deberet. sicut in simili casu ecõtra vellet emptor sibi fieri etiam discreta voluntate si in aliquo non notabili diminute emisset ex ignorantia ⁊ bona fide. secus autẽ vbi venditor scit ⁊ sic contra iusticiã cõmutatiuã a ꝓposito ⁊ sciẽter supaccipit. ibi enĩ nõ est ratio cur emptor debeat tali venditori cõsentire vt retineat. quia in simili (etiã de voluntate discreta ⁊ rationabili loquẽdo) posset

nolle sibi id fieri.

Euacuatis itaq̄ p̄dictis. xij. fundamētis predi
dictorum aduersariorū possunt adhuc re-
grediendo ꝑ sententia superi⁹ posita in. xij.
et. xiij. dictis. alie ratōes induci ⁊ postea ite-
rum quorundā aliorum aduersariorū ar-
gumenta cassari. Pro predicta igit̄ senten-
tia arguitur. Primo sic. quero eni ab ad-
uersarijs qui tam facile p̄sumunt in fine cō-
tract⁹ de mēte donādi ex pte illius emptor̄
qui suggressus est a venditore scienter sup-
grediente eum etiā in notabili quantitate:
quero inq̄ quid essent in sequēti casu dictu-
ri: puta vendis mihi rem ꝑ. x. flor̄. puto ⁊ il-
lud suppono iustū p̄cium esse ⁊ cōtract⁹ est
al's talis ꝙ est vtriq̄ nostrum accōmodus
⁊ oportunus. sed inter soluendū cū nume-
ro tibi illos. x. flor̄. in pecunia pua: latenter
me inscio surripis mihi dimidiū florenum
imo solū duos solidos vel vnū: quero inq̄
ab eis an ipi etiam p̄sumerent animū do-
nandi in me esse attento maxime ꝙ vendi-
tor tanq̄ vtilis mihi: mecū vtilē contractu
cōtraxit ⁊ pfecto dicturos credo eos ꝙ si-
cut si id alio tempore ⁊ extra omnē contra-
ctum faceres mihi nō presumeret̄ ꝙ consen-
tirem: ita etiam p̄sumeret̄ ꝙ ego licet sim iā
emptor tuus ⁊ cōcluserim tecū contractū
mihi accōmodū ꝑ precio iusto nō ꝯsentiā
ꝙ vltra iustum scienter aliquid maxime si
est notabile a me ignorāte accipias. nec te-
neor sic cōsentire. ⁊ tn̄ esset secus si inter nu-
merandū ex ignorantia cōtingeret ꝑ te mo-
dicum quid supaccipi: dūmodo cū hoc nu-
meratio esset talis res ⁊ talis actus in quo
ex natura rei indies ⁊ continuo natus esset
cōtingere etiam ex vtraq̄ parte talis error
nunc in deficiendo ex parte numerātis pre-
cium nūc in supaccipiendo ex parte recipi-
entis precium numeratū etiam adeo ꝙ em-
ptor etiā discreta voluntate deberet velle
tale quid sic ignoranter supacceptum ⁊ mo-
dicum remanere apud recipientē. sicut ecō-
tra vellet sibi tale fieri si ex simili ignorātia
ipe inter numerandū minus ⁊ hoc in mo-
dico solueret. vt sic alter alterius onera por-
taret quo adimplet̄ lex christi. Et dico no-
tanter: ⁊ cū hoc numeratio esset talis actus
in quo ⁊c. quia de facto numeratio non est
talis: ideo etiā de facto nō est simile de nu-
stas dicēdi sententiā in aliquem absolutoriam vel condemnatoriā. Modo inter sacramenta solum sacramentū absolutiōis est illō in cuius ministratione ministrās fert sententiā. Ex quo sequitur q aliqua ptās simul est ordinis ac iurisditionis cēsenda scz ptās absoluendi. aliqua vero tm̄ est ordinis vt ptās consecrandi eucharistiā et conferendi eandez, potestas baptisandi et ordinandi. Nam in illorum ministratione ministrans non dicit sentētiā aliquaz in illū cui ministrat. Et dixi i hac tertia subdiuisione q ptās ordinis sacerdotalis est duplex vel duplicem habet habitudinē. quia videtur cū Scoto posse dici: q non sit vna potestas que sm vnum respectuz vel habitudinem sit ad consecrandū verū christi corpus. et sm aliam habitudinē vel respectuz potestatis sit ad ministrandū mystico corpori christi quedam sacramenta. imo q sit distincta potestas hec et illa. Naz aplis distinctis temporibus collate fuerunt et vna alio tēpore ante aliam. Nam potestas consecrandi verum xpi corpus fuit collata apostolis in cena cū ait. Hoc facite etc. et tamē potestas illuminandi homines per doctrinam pdicationis et purgādi per baptismū et perficiendi per sacramentum confirmationis eucharistie et ordinis fuit eis data post resurrectionem cum ait Matth. vlt. Euntes in mundum vniuersum predicate euāgeliū omni creature baptisantes eos. Itē potestas pdicandi fuit eis etiaz data ante cenam quando Matth. x. cōuocatis duodecim ait eis. Euntes pdicate dicētes: quia appropinquat regnum celorum. Et idē habetur de aliis. lxxij. Luc. x. Sicut etiā potestas ordinis sacerdotalis ad consecrādū verum xpi corpus. fuit alio tempore data q̄ potestas absoluendi a peccatis. quia illa fuit data post resurrectionē: cū ait. Accipite spiritū sanctū: quorum remiseritis peccata etc. Joh. xxj. lz esset ante resurrectionē pmissa. Matth. xvj. et xviij. Cōsimile videtur posse argui de quolibet sacerdote nūc ordinato in ecclesia. Prius eni dicit episcopus ordinando. Accipe potestatem conficiendi vel celebrandi missam: tā pro viuis q̄ pro defunctis dans ei calicem. Et quibusdam interpositis ponēs manuz sup caput eius dicit. Accipe spiritū sanctū: quorū remiseris peccata etc. de h latius dixi in tractatu de Caracteribus. et in quodaz alio tractatulo edito d hoc. an papa simplici verbo scz sis sacerdos: posset aliquē ordinare i sacerdotē. Quinta subdiuisio. Ecclesiastica ptās iurisditionis est duplex. Quedā ē ad cognoscendū in causa atq ad dicendū vel ferendū sententiam in tali causa i foro exteriori. Et illa est potestas a xpo īmediate concessa ecclesie ad inferendum spiritualem penā excōmunicationis vel interdicti in inobedictes ecclesie. Et dicit notāter a xpo īmediate concessa eccl'ie: quia lz psone ecclesiastice etiam habeāt potestatez ad inferendū aliqs penas spūales alias a pdictis: vt penā depositionis: priuatiōis: inhabilitationis ad beneficia: et sic de aliis. tñ ptātez talē non habēt imediate a xpo et sm legem euangelicam: sed sm leges canonicas. Unde et talis potestas lz etiā ecclesiastica dicatur: eo q non nisi persone eccl'iastice ē concessa: tñ non est illa de qua hic loquimur: que a xpo īmediate et sm legem euangelicam est concessa. Dicit etiā scdo notāter ad inferendū spūalem penaz. quia q̄uis psone ecclesiastice habētes ecclesiasticam potestatem. etiā habeant aliquādo ptātez ad inferendū penam corporalē: puta carceris aut psimilem. tamē talis ptās non ē ecclesiastica dicenda put h loqmur de ecclesiastica ptāte. quia hic loquimur de ea q ē a xpo cōcessa īmediate. Et talis solū se extendit quātum ē ex concessione xpi ad inferē dum spūalem penam. Illa aūt ptās que ē ad inferendū penā corporalē ē concessa non a xpo. sed aliquādo a principibus secularibus ipsis prelatis ecclesiasticis. Et ratione cōnexionis in eadem psona dicit denominatione extrinseca ecclesiastica ptās lz improprie. sicut tēporalia predia annexa officiis ecclesiasticis dicuntur res eccl'iastice et spirituales denominatione extrinseca ratiōe cōnexionis. Alia ē ecclesiastica ptās iurisditionis ad cognoscēdum in causa et ad diffiniendū vel ferēdū sentētiā i eadē in foro interiori. Et ista vocatur alio noīe i plurali claues ecclesie. de quibus intelligitur illa dñi promissio facta Petro. Mat. xviij Tibi dabo claues regni celorū. quas etiā postea cum effectu tradidit post resurrectionem: cum ait. Quorū remiseritis etc. Un

in sequenti diuisione hec ecclesiastica potestas diuiditur in duas: sicut due sunt claues ecclesie. quia ille potestates due nō vocantur claues nisi metaphorice. Sexta igit̄ diuisio. Ecclesiastica potestas iurisdictionis. quedam est potestas cognoscendi i foro interiori in causa peccatoris, id ē sup peccatis eius. Et illa vocat̄ clauis sciētie Unde clauis sciētie nō dicit̄ scientie ideo q̄ illa clauis sit ipse habitus sciēdi nec act⁹ sciendi: sed quia est potestas cognoscēdi i causa peccatoris accusantis se ꝛ se reum fatentis: q̄uis clauem illam recipere non debeat: nisi habens habitū sciētie competētem vel sufficientem ad executionē illius potestatis. Alia ꝟo est potestas diffiniēdi ꝛ ferendi in foro interiori sententiam i causa peccatoris. ꝛ illa vocatur clauis potētie Et ista secūda est principalior q̄ prima. q̄r prima ordinat̄ ad sc̄dā. Et he ambe tacte fuerunt in ipsa diuisio cum dicitur. Alia est ecclesiastica potestas iurisdictionis ad cognoscendū in causa: ꝛ ad diffiniēdū ꝛc̄. Si eni non fuisset dictum ad cognoscendū nō patuisset locus claui scientie: quia illa nō est clauis diffiniēdi. ꝛ tamen illa clauis est etiam species potestatis ecclīastice. ꝛ sic nō omnes species potestatis ecclīastice haberent̄ in ꝓposito. Et in hac sexta diuisione occurrit questiuncula, qualiter ille claues vel potestates sint due. Pro solutiōe recitātant hic due opiniones. Prima opinio est Richardi in. iiij. dis. xviij. arti. j. q. ij. ꝑ q̄rtuor dicta. Primū q̄ sint due q̄tum ad effectus vel actus. Nā vnus effect⁹ vel act⁹ est cognoscere: alius est diffinire quos cōstat eē distinctos. Sc̄dm. q̄ ille etiā sunt due q̄tū ad relatiōes ad duos effect⁹ illos vel actus. quia clauis ecclesie alium respectū habet ad cognoscere aliū ad diffinire.

Tertium ille claues sūt vna clauis i radice: quia sunt potestas iudicandi in foro anime. Hec autē potestas integrat̄ ex duobus scꝫ ex potestate discernendi ꝛ potestate iudicandi. Quartū: ille claues vltra h̄ q̄ sunt vna inter se in radice: etiam sūt idē cum potestate conficiendi eucharistiā: q̄r iste tres potestates fundant̄ in caractere sacerdotali. Pro secūda opinione habēda pono tria dicta. Primū: ꝑcedens opinio si intelligat̄ q̄ ille tres potestates inter se intrinsece sint idē non ē vera. quia met concedit q̄ prime due sint due quo ad relatiōes ad distinctos effect⁹. Si igit̄ relatiōes ad illos distinctos actus sunt distincte intrinsece: ita q̄ hec relatio distinguit̄ ab alia realiter. igit̄ etiā potestates ad illos act⁹ sunt realiter distincte. tenet ꝯsequētia. quia potestas formaliter nō ē nisi ius in illū actū Jus autem ad actū ē relatio ad eum vt patuit i ꝑma q̄stione. Sc̄do ꝓbatur. quia met ponit illas claues integrare potestatē eccl'ie. sed integrantia aliq̄d idē distinguūtur realiter. igit̄ ꝛc̄. Tertio ꝓbatur. q̄r ille potestates possent separatim alicui concedi d̄ potentia dei absoluta. Sicut enim aliquis nunc ꝑsidēs potest cōmunicare alteri potestatem cognoscēdi in causa: nō cōmittendo sibi auctoritatē sententiandi in ea vt si diceret. cōmitto tibi auctoritatem examinādi istā causā ꝛ referas mihi vt sentētiem. Posset etiā ꝯferre auctoritatē sententiandi sine auctoritate cognoscēdi: vt si diceret: cōmitto tibi vt sine omni cognitione cause sentēties sicut placet (talis tñ cōmissio non esset ordinate facta illi cui⁹ voluntas eēt obliquabilis) ita posset de⁹ cōmittere auctoritatē cognoscēdi sine auctoritate sententiādi. Et illa cōmissio eēt ordinata simpliciter si eēt etiā i humanis. Posset etiā de potētia absoluta alicui habēti volūtatē nō obliquabilē cōmittere auctoritatē sententiādi sine cognitione in causa. De potētia aūt ordinata sunt de facto coniungunt̄ in quolibet sacerdote ecclesiastico cōplete ordinato. Quarto q̄r due ꝑme poster⁹ tēpore fuerunt collate q̄ potestas cōficiendi eucharistiā. igit̄ realiter ab ea distinguūtur. Antecedens patuit in q̄rta diuisione.

Sc̄dm dictū. Si etiā predicta opinio intelligat̄ q̄ sint idem cum caractere sacerdotali est falsa, quia caracter sacerdotalis fuit impssus aplis in cena: ꝛ tñ ꝓ tunc non habuerūt predictas duas claues. Itē q̄r radix non est idē realiter cū radicato i ea. igit̄ ꝛc̄. Tertiū dictum. Si ꝑdicta opinio intelligatur q̄ ille potestates tres sint realit̄ ꝛ intrinsece distincte: adeo q̄ verbum xp̄i loquentis i plurali. Tibi dabo claues ꝛc̄. sit absoluta pluralitate verū: tñ fundarentur sup vno fundamento scꝫ caractere sacerdotali qui est titulus omniū earum ꝛ

dispositio ad om̄es eas ⁊ sic ē vera. Due etiam claues possunt aliqualiter dici vna vnitate ordinis. quia ambe ordinātur ad vnum actum vltimū scʒ apertionis: et ad illum prima subordinaretur. vbi autem vnū propter alterum ibi aliqualiter vnū tm̄ dicitur Et sic etiā videtur Rich. intellexisse ⁊c. Hec est etiam sententia Scoti in q̄rto. et in hac sententia ꝯtradicit opinioni sācti Thome qui in. iiij. dis. xviij. ⁊. xxiiij. dicit ꝙ claues sunt idē cū caractere sacerdotali. Sexta diuisio. Ecclesiastica potestas iurisditionis in foro interiori ad ferendū sententiam est duplex. Quedam est ad ferēdū sententiā absolutoriaʒ a culpa. ⁊ partim a pena per collationem sacramenti penitentie. Quedā vero ad ferendū sententiā absolutoriam tm̄ a pena per largitioneʒ indulgētiarum. Et hec potestas iurisditiōis in foro interiori cum vtraqʒ sua specie differt a potestate iurisditiōis i foro exteriori. Primo quia potestas iurisditionis in foro exteriori nō dicitur ꝓprie clauis quoniā claues fūdātur sup caractere sacerdotali. Potestas autem iurisditiōis in foro exteriori potest conuenire nōdum habenti caracterē sacerdotalem. Nam ⁊ archidiaconꝰ habet illaʒ potestateʒ iurisditionis qui tamen potest esse non sacerdos. Secūdo i hoc ꝙ illa non exercetur in inuitum. Quis eni diceret ꝙ inuitus absolueretur a culpa ⁊ a pte pene a sacerdote aut inuitus cōsequeretur remissionē penarū per largitionē indulgentiarū. Uñ ꝙ potestas cōferendi indulgentias ponatur merito p specie potestatꝫ iurisditionis ptʒ ex eo ꝙ doctores dicūt ꝙ ꝯcessio indulgētiarū potest fieri dupliciter scʒ per moduʒ auctoritatis ⁊ p modū suffragij. ⁊ ꝙ p primum modū fit vel fieri pōt ad viuos et p scōʒ ad defūctos: put diffuse de his dixi i tractatu de indulgētijs que defunctis cōcedunt. ⁊ de suffragijs eorundē ꝯclu. xxij.

Et nota ꝙ cācellarius parisiēsis vbi supra videtur minꝰ ꝓprie loqui cōsideratiōe quinta: quādo potestateʒ ordinis sup mysticum corpus in illuminando p doctrinā predicationis ⁊ perficiendo per illa tria sacramenta. scʒ per eucharistiam: cōfirmationem ⁊ ordineʒ. et purgando per baptismū vocat potestatem iurisditionis. Qđ pbatur q: nulla potestas debet dici iurisditionis nisi sit potestas ad ferendū sententiam aliquā. ita ꝙ exercere potestatē talē sit formaliter ferre sententiā. vel saltem pambulariter cognoscere sup causam. Modo exercere p̄dictam potestatē. id est predicare cōfirmare: ordinare: ministrare eucharistiam ⁊ baptisare: non ē ferre sententiā in eo cui p̄dicatur: ⁊ qui confirmatur ⁊ ordinatur. ⁊ sic de alijs. Et q̄uis ad licitū exercitiū illius potestatꝫ requiratur subiectio canonica: in illo circa quē vult exercere illam potestatē. nō tm̄ erit potestas ordinis sup mysticum corpus christi ob hoc dicēda ipa potestas iurisditionis in taliter subiectū. Unde et nō bñ videtur dictū per eūdem ꝙ potestas iurisditionis in foro īteriori (si saltē loq̄mur de ea q̄ est species ecclesiastice potestatꝫ īmediate a christo instituta) cōsurgat ex duplice radice. Uno modo ex pte hoīs vltro se subijciētis tali potestati. sicut cū spōte cōfitēs subijcit se p̄sbyteroꝰ ⁊ ordinādus epō Alius subiectionis modus cōsurgit ex auctoritate supioris. hūc vel illū tali vel tali subijciētis qđ fieri pōt non ad arbitriū illius q̄ subijcitur. hec ille. Naʒ si qua potestas iurisditiōis innascitur illi cui fit aliq̄ p̄dictarū subiectionuʒ. nō tm̄ dicetur talis potestas iurisditionis species potestatis ecclīastice in ꝓposito capte. sed erit humana. illa vero quā habet ex ordinis collatiōe cū dicitur. Quoꝝ remiseritꝫ ⁊c. erit vere species potestatis ecclīastice in ꝓposito nr̄o: lʒ illa quo ad exercitiū possit esse suspensa vel restricta p humanaʒ constitutionē que econtra etiam solui ⁊ ampliari potest plebē ampliorem sibi subijciendo. Sed potestas ministrandi sacramentū absolutionis est ꝓprie dicenda potestas iurisditionis in foro interiori. Nam illaʒ potestatem exercere ē ferre sententiā scʒ absolutoriam a culpa.

Et si queras secundo. Si collatione ordinis sacerdotalis confertur sacerdoti nōdum habenti plebem potestas iurisditionis i foro īteriori atqʒ potestas ordinis super mysticū christi corpꝰ tpm illuminandi pficiendi atqʒ purgandi. modo dicto sup̄: q̄d ergo noui sibi confertur: cum talis sacerdos sine om̄i plebe subiecta pus ordinatꝰ pꝰ ordinatiōeʒ eligitur vel instituitur in plebanum alicuiꝰ plebis de nouo. Exem aliq̄d

noui sibi cōferatur. probatur. quia ante ei⁹ electionem vł institutionem in plebanum ministratio sacramentorū (si qua illi plebi ministrasset) fuisset sibi illicita: nunc autē est licita. imo ministratio sacramenti absolutionis q̄s plebi et volūtate se subijcienti impendisset non solū illicita sed etiā nulla fuisset. Hoc autem non esset si nihil noui iuris collatū sibi fuisset. Quod autem illud nouū sit dominiū quoddā dicendum. pbatur. Nam tali de nouo plebs est subiecta. sed noue subiectioni correspōdet noua superioritas & dominiū. igit̃ &c. Quod aūt illud dominiū non sit euāgelicū dicendū. pbat̃. quia dominiū euāgelicū alicui collatum est inauferibile. illud autē est sibi auferibile. cum sit spoliabilis plebe. In contrariū ꝙ nō sit nouū: argui. quia in collatione ordinū fuit sibi cōcessa superioritas & dominiū i christifideles ministrādi eis sacramēta: vt absolutionē: cum sibi & alijs dictum fuit. Quorū remiseritis peccata &c. videt̃ ergo ꝙ iam cū eligit̃ vel instituitur nihil noui sibi conferat̃. sed per illā electionem vel institutionē tm̄ remoueatur prohibens vsū preconcessi dominij. Erat enī sibi lege canonica ꝓhibitum non exercere potestatē sibi in collatione ordinū ꝯcessā exquo plebē non habebat. Nunc igit̃ plebe concessa relaxat̃ illa ꝓhibitio vt valeat eam exercere in plebem: sic ꝙ nō nouū dominiū sibi cōfert̃ nec plebs noua subiectione ei subijcit̃. sed vsus vtriusq̄ prius prohibitus laxat̃. Ad istā questiunculā dicendū: ꝙ & si vtrūq̄ videret̃ posse dici: primū tamen plus placet scʒ ꝙ sibi nouū dominiū conferat̃. sed illud lʒ ecclesiasticū dici posset non tamen ecclesiasticū euangelicum. sed ecclesiasticum canonicū. scʒ canonicis legibus sibi cōcessum. Ratio autem cur primū pl⁹ placeat q̄ scd̄m: est. nā etiā nōdum ordinatus in sacerdotē si eligit̃ in plebanū ac instituit̃: habet quandā superioritatem & dominiū in plebē suam. & non euangelicū: cum nōdum sit ordinatus i sacerdotē: lʒ infra legitimū tempus debeat ordinari ordine sacro. igit̃ signum ē ꝙ illud dominiū qđ ꝑ electionem sibi collatū est. est aliud realiter a dominio euāgelico. Ad argumentū in contrarium dicendū ꝙ sibi fuit in collatione ordinis sacerdotalis cōcessū euangelicū dñiū tm̄. Illud aūt se solo non sufficit ad hoc ꝙ licite ministrēt̃ predicta spiritualia nec ꝙ etiam efficaciter & vere conferat̃ sacramentū absolutiōis. et hoc supposita ꝓhibitiōe ecclesie: ꝙ nullus dominio euangelico predicto vti debeat i plebem non subiectam sibi etiā canonica subiectione q̄ꝗ sibi foret subiecta euangelica subiectione sicut & ipe habet euangelicum dominiū. Nam illa ꝓhibitione stāte ipe quātūcūq̄ habeat dominiū euangelicum: caret materia debita sacramēti absolutiōis: ideo nihil operabit̃. sicut si habēs potestatem conficiendi eucharistiā: nullū omnino panem triticeū haberet: q̄ diu eo careret nō posset vere cōficere eucharistiā.

Et si tertio q̄ras. dicens. Si ergo pri⁹ ordinatus in sacerdotem sine plebe. & postea electus i plebanū & institutus: acquirit nouū dominiū. ratiōe cu⁹ erit sibi licita ministratio sacramentorū: que ergo ratio diuersitatis ꝙ carentia illius dominij canonici nō impediuisset quin si sacramentū baptismi & eucharistie ꝯtulisset illi plebi: vere ea cōtulisset q̄uis peccasset conferendo. Et idē est đ episcopo non habente plebem. qui si conferat alicui ordinem & confirmationē vere erit confirmatus & ordinatus & tamē illa carētia dominij canonici impediuisset ꝙ si illi plebi contulisset sacramentū absolutionis. non vere illud cōtulisset. quia hi non vere fuissent absoluti. Respōdet̃. Ratio diuersitatis est ista: quia solū sacramētum absolutionis est tale ꝙ eius ministratio formaliter est latio sentētie. Modo sententia lata a non suo iudice vel in non subditum: est nulla. vt in. c. ꝙ autē. de peni. et remis. & eodē ti. c. omnis. Sed aliorū sacramentorū ministratio non est formaliter latio sentētie. quia eucharistiam alicui cōferre vel ordinem vel huiusmodi non est sententiam dare: quare nō impedit̃ quo minus tenebit illa collatio. vnde si cui concederet̃ a superiori potestas p̄dicandi alicui plebi & ei ministrandi sacramentū baptismi et eucharistie: non tamē absoluendi: nō deberet dici ꝙ illi instituto ꝯcessa esset aliqua potestas iurisditionis etiā canonica quia non esset ei concessa potestas ferendi sententiā in plebem illam. sed bene posse

dici sibi esse concessam quandā potestatē canonicā. vel dominiū canonicū. Sed ex hoc solo ꝙ superior sibi cōcessisset potestatem ministrandi sacramētū absolutionis (etiam si potestatē alia ministrādi non cōcessisset) diceret sibi esse ꝯcessa potestas iurisditionis ⁊ hoc canonica. Attamē i hoc est simile ꝙ sicut absolutio non habet suū effectum. scꝫ deletionem culpe in recipiēte eam. eo ꝙ ponit obicem recipiēdo eā ꝯtra ꝓhibitionē ecclīe a non suo iudice. ⁊ pro tanto dicit̄ nō vere impendisse sacramētū absolutionis. Sic etiā eucharistia in recipiente eam a non suo superiore. etiam non habet effectū cum ponat obicē. lꝫ eucharistia in se sit verū sacramentū. Idē de ꝯfirmatione ⁊ ordine. q: illa nō tenēt i nō subdito q̄ ad illū effectū q̄ est gratia. lꝫ teneat quo ad effectū q̄ est character impressus. sic forte ponētes absolutionem ꝑ vno effectu habere ornatū. dicerent ꝑdictam absolutionem impressisse ornatum. licet nō ꝯtulisse grām. Et si dicat̄. plebē sibi euangelica subiectione subiectam. nō pōt ꝓhibitio ecclīe reddere non subiectā. igitur adhuc manebit subiecta: igit̄ cum debita materia sacramēti absolutiōis sit peccator penitēs subiectus: sequit̄ ꝙ vere absoluet̄. Rn̄det̄ ꝙ ꝓhibitio ecclīe nō tollit subiectiōē euāgelicā. sed facit ꝙ plebs nō est ei canonica subiectiōe subiecta. Modo canonica subiectio etiā ē ꝯditio req̄sita in plebe: ad hoc ꝙ sit debita materia absolutiōis. Sicut ḡ ecclīa non posset sacerdoti auferre potestatē ꝯficiendi eucharistiā. posset tn̄ sibi cum effectu ⁊ realiter subtrahere oēm panē triticeum. ⁊ q̄ diu in tali carentia eēt: nō esset in ꝓpinqua potentia conficiendi eucharistiam: sic ecclīa non aufert sibi euangelicū dominiū absoluendi: sed aufert vel nō cōfert alicui dominiū canonicum. et plebem canonice subiectam.

Dimissa igitur scđa descriptione supra habita. poterit loco eiꝰ alia ⁊ plenaria sic dari. Est dominiū imediate a solo deo cōueniens alicui fm legem pure vl̄ ꝓprie euangelicā. ⁊ fm solam illam rōne caracteris sibi imediate a solo deo auctoritatiue impressi: ⁊ inabdicabile: fuato caractere. Dicit̄ ꝑmo a solo deo imediate ꝯueniēs. q: est a xp̄o soloꝰ institutū ⁊ ab ipso solo confert̄ imediate ei cui cōfertur. sicut et eius fundamentum scꝫ caracter a solo deo confert̄ ei cui ꝯfertur loquēdo de collatione auctoritatiua. lꝫ conferens ordinem cōferat ministerialiter caracterē ⁊ dominium in eo fundatū. De hac tn̄ clausula vide in argumēto qđ infra formabitur. Et in hac clausula conuenit ⁊ differt ab aliꝫ dominiꝫ vt tactū est in ꝑcedētibus speciebus.

Dicit̄ secūdo fm legem euangelicā. in hoc distinguit̄ ab aliꝫ dominiꝫ que fm alias leges conueniūt suis subiectis. Dicitur tertio ꝓprie euangelicā. ad excludendum dominia que conueniūt alicui fm legem euangelicam. non tamen proprie euāgelicam que ideo non debent dici euangelica. Exemplū: ius vel dominiū qđ apostoli ꝑdicantes habuerunt ad accipiendū stipendia tēporalia ab his quibus ꝑdicabant non est ꝓprie euangelicum dicendū quia illud ius competit eis fm legem naturalem. que hoc ius concedit seminātibꝰ spiritualia. vnde christus eam legem ferēdo Math. x. ⁊ Luc. xj. miscuit legē naturalem sue legi euangelice. Dicit̄ quarto ⁊ fm solam illam. ⁊ redit in idem. scꝫ ad excludendum illa dominia que lꝫ conueniāt alicui fm legem euangelicā. sed nō fm solam illam. sed etiam fm aliam. Exemplū. vt illud de quo iam exemplificatum ē. Nā illud ius etiam cōcessit lex moysi. quia illa dicit Deutero. xxv. Nō ligabis os bouis terētis in area fruges tuas. quā legē Paulus allegat. j. Cor. ix. tanq̄ dictā de seminantibus spiritualia ꝙ illis non essent neganda: sed concedenda temporalia stipendia. Sed neq̄ illa lex fuit ꝓprie ⁊ pure mosaica. sed lex naturalis inserta per deum et Moysen. ad textum legum mosaicarum. Sic etiam de dominio charitatiuo posset dici ꝙ ipm illi cuius est conuenit fm legē q̄ nō est ꝓprie euangelica. q: illa lex fm aliquid etiam fuit ante euāgelice legis emanationē. lꝫ illō dominiū q̄tū ad illō ꝙ ꝑfectius ꝯcedit̄ ꝑ legē euangelicā. posset dici euangelicū. Dicit̄ q̄nto. rōne caracteris ad tangendum titulum seu fundamentū illius dominij. Eius eni fundamentū est caracter impressus a deo. Et i hoc differt ab aliꝫ dominiꝫ. quia alia habēt alia fūdamenta. vt patuit. Quare autem hic non

ponit illa clausula vt in descriptionibus prec cedentium specierum scz pluribus cōpetēs ex equo. cum tamen etiam videat conueni re huic dominio: dicet infra. Dicit sexto inabdicabile. quia sicut diu ordinat⁹ retinet caracterem. tam diu retinet predictam po testatem in subiectos adeo q per depositi onē ⁊ degradationē non aufert sibi illa po testas in essentia. lz aliquādo non retineat eam quo ad licitum vsum: vt cum sibi in terdictus est vsus illius potestatis a supe riori per excōmunicationē: suspensionem: depositionē: vel degradationem. Tūc eni si exequit potestatē suam. habet vsum illi⁹ sed illicitū. ⁊ hoc dupliciter Aliquādo eni ille vsus vltra hoc q est illicitus est etiam carens effectu. vt cum alicui iterdicit vsus potestatis absoluēdi in foro cōfessionali a peccatis. aut priuat plebe subiecta: talis ab soluendo non vtitur sua potestate licite. et cum hoc nullū effectum habet illa absolu tio i ipo absoluto. Aliquādo vo ille vsus habet effectum suum: vt cum habēti pote statem cōficiēdi eucharistiā: interdicit ex ecutio eius. Tūc eni si cōsecrat: peccat qui dem. sed effect⁹ ꝯsecrationis scz trāsubstā tiationis sequit. Et in inabdicabilitate cō uenit ⁊ differt ab alijs dominijs. Cōuenit eni cū eis. qr tria prima etiā sunt inabdica bilia. Sed differt. quia aliqua scz ciuile ⁊ canonicū sunt abdicabilia. ⁊ etiaz illa que sunt inabdicabilia non habent suam inab dicabilitatez ex retentiōe caracteris sed ex retentiōe alteri⁹ doni vel rei vt patuit.

Et si queras quarto. q̄re in hac descriptiōe non ponit vt in descriptionibus p̄cedentiū dominio rū. illa clausula. scz pluribus cōpetens ex eq̄. Respondet. ratio est. quia quelibet clausu la descriptionis debet cuilibet cōtēto sub diffinito cōpetere. Modo nō quodlibet dominiū euāgelicū seu potestas ecclasti ca competit pluribus ex equo: lz aliq̄ con ueniat pluribus ex eq̄. De scdo accipe exem plum. illa potestas ecclastica ordinis q̄ ē ad consecrandū verū corpus christi. ē eq̄ liter in omnibus sacerdotibus tam i supremo qui ē papa q̄ in infimo sacerdote: adeo vt respectu eiusdem hostie cōsecrāde equalē potestatem habeat infim⁹ sicut suprem⁹. ⁊ non solū de facto est equalis in eis ⁊ i vno

non restrictio: q̄ in alio: sed etiā est illimi tabilis. De p̄mo autē accipe tria exēpla in quibus patebit non omnē potestatē ec clesiasticā esse equaliter in omnibus. Pri mū. ecclesiastica potestas ordinis sup mi sticū corp⁹ christi i illuminādo p doctrinā p̄dicationis: ⁊ pficiendo p collationem sa cramenti cōfirmationis eucharistie ⁊ ordi nis atq purgando p sacramētū baptismi non est equaliter in omnibus sacerdotibus patet tripliciter. Primo. nam in sacerdoti bus illis q̄ non sunt episcopi. non est pote stas ꝯferēdi ordines ⁊ cōfirmationē. adeo q etiā non solū de iure non possunt sz nec etiam de facto. sic q si attemptarēt ordina re vel cōfirmare: nihil facerent. Sz ⁊ scdo nec illa ē equaliter in omnibus episcopis q̄ tamē habēt eā quoniā maiorē habet illaz papa q̄ inferiores. quia papa i omēs ha bet: sic nō alij qui tm̄ habent in sibi subdi tos exercere illā potestatē. Similiter ⁊ tertio patet d potestate p̄dicādi ⁊ ꝯferēdi eucha ristiā ⁊ baptisandi. que non ē equaliter in omnibus sacerdotibus: qm̄ licite illā non exer cent quo ad hec om̄ia nisi habētes plebē subiectam. Et vnus vt eps ampliorem ha bet q̄nto ampliorē plebē habet subiectaz. vnde lz essentialiter illa potestas sit eq̄lis in omnibus habentibus ⁊ q̄tum est ex pte ha bentiū eam: tamen non est equalis in eis i vsu eius q̄tum est ex pte eorū in q̄s ē exer cēda. qr in vno est irrestricta vt in papa: in alijs ē restricta. Vñ generaliter i papa est plenitudo potestatis ecclastice q̄ etiā sig nificat p palliū. Ceteri aūt sūt in pte solli citudinis ⁊ nō i plenitudinē potestatis vo cati: vt in. c. ad honorē. de auc. ⁊ vsu pallij. Itē etiā inter illos alios in quibus est restri cta: in vno ē restrictior vt in plebano q̄ in alio vt in epo: q̄nto vni ꝯcessum est eaz ex ercere in plures q̄ alteri. Et forte q̄ ad vsū illius potestatis ecclesiastice. sic euenit etiā ipsis apostolis ⁊ discipulis q post ꝯcessio nem illi⁹ potestatis factam eis imediate a xpo: postmodū crescēte numero fidelium fuit limitatio facta talis prātis q̄ ad vsū: ⁊ h per Petrū sumū pontificē de ꝯsensu to tius eccl'ie p̄minue vel generalis ꝯcilij vt nō quilibet posset in quelibet vti potesta te sua attenta xp̄i ordinatiōe primaria qui voluit ecclesiaz suā regi p̄ncipaliter sub vno

⁊ ab vno monarcha. quoniā iste ē optim⁹ principatus pfertim in spūalib⁹ ad conser uationē vnitatis fidei. Scdo₃ exemplū. Ecclīastica potestas iurisditionis fori ex teriozis nō est eq̄lis in omnib⁹ ecclesiastic pſonis:nec in oibus sacerdotib⁹:qm̄ mul ti non habēt eā nō solū de iure. ſ₃ etiā nec de facto:sic q̄ si attēptarent excōmunicare ⁊ absoluere ab excōmunicatiōe nihil face rent. S₃ nec ē equalis in oib⁹ habētib⁹ eā Nā inter habētes illā ptātem iurisditiōis vn⁹ vt papa habet maiorē alio. Nā talis etiā ex xpī institutiōe habet eā sup omnes xpi fideles. nullus aūt aliorū platorū ha bet tantā ex xpi institutione. Tertiu₃ ex emplū. Ecclesiastica ptās iurisditiōis fo ri interioris nō ē equalis in omnib⁹. Na₃ papa habet illā sup oēs fideles :nō tātā habet eps. quia ille tm̄ sup homines sue se dis:vt in caplo null⁹. de parochijs ⁊ alie. paroch. Nec tantā habet pleban⁹ quāta₃ episcopus. quia pleban⁹ tm̄ habet ī suos parochianos. vt in. c. ecclīas. xv. q. j. c. ec clesias. Si autē essent duo vel tres pleba ni dati eidem populo ex equo: iam eq̄lis esset potestas iurisditionis fori interioris in eis respectu plebis. Cōtra pdicta argui tur tripliciter.

Primo arguit. prima tōsura nō imprimit caracterē salte₃ s̄m theologos ⁊ tamē habēs solū primā tonsurā pōt habe re potestatē ecclesiasticā iurisditionis ī fo ro exteriori:saltē supposita electione ⁊ con firmatione tonsoriste:vel alia equalēti hu mana actiōe circa ipm. igit̄ potestas eccle siastica iurisditionis non fundat̄ semp sup caracterē ordinalē. ⁊ p ɔsequens illa clau sula diffinitiōis dominij euāgelici seu po testatis ecclīastice sc₃ ratiōe caracteris nō ɔuenit omī ɔtento sub diffinito. Ante cedēs p scda pte pbatur dupliciter. Pri mo q₂ si alicui ɔferat̄ beneficiū curatū sim plex qui tempe inuestiture nō sit nisi tonso rista seu cleric⁹:ille iam inuestit⁹ habet iu risditione₃ in suos subditos. vn̄ pōt vt vi det̄ eos licētiare ad cōfitendū alteri q̄ suo substituto ⁊ etiam adiutores in diuinis si bi assumere:⁊ eos ad audiēdu₃ ɔfessiones suoꝝ subditoꝝ destinare qd̄ non posset ni si haberet iurisditionē ecclesiastica₃ in illa ecclesia. Secūdo pbatur. quia elect⁹ in episcopum vel aliū platum cui de iure vel de ɔsuetudine conuenit excōmunicare vel indulgentias largiri:statim cum est cōfir matus habet iurisditionē pdictam. nec ad hoc q̄ possit pdicta: opus est eum habere ɔsecrationē seu episcopalis ordinis colla tionem. q₂ potestas excōmunicādi vel in dulgentias largiēdi non est potestas ordi nis. Ad primū dicendū q̄ ex pdicta in uestitura non habet pdictus tōsorista po testatē iurisdictionis euangelice vl' diuine de qua sola nūc loquimur. vnde illa de q̄ pcedit argumentū (si vera sunt q̄ assumit) est tm̄ canonica ⁊ humana. ⁊ illa potest fū dari in sola clericatura vel prima tonsura etiam tenendo opinionē theologorū q̄ p̄ ma tonsura non imprimat caracterem dū modo prime tonsure accesserit electio ⁊ cō firmatio: vl' alia equalens canonica actio humana. Ad scdm̄ dicendū q̄ null⁹ de iure cōmuni pōt eligi: ⁊ p ɔsequēs nec cō firmari in episcopū: aut etiam aliū platū. nisi sit ad minus subdiacon⁹. de episcopo patet in. c. nullus in episcopatū. dis. lx. ⁊ in c. a multis. de eta. ⁊ quali. or. De alijs p̄ latis patet in. c. dudum. ⁊. c. cum in cūctis. de elect. ⁊ sic patet q̄ aliquis caracter pre supponit̄ in eo qui debet cōsequi potesta tem ecclesiasticam iurisditionis episcopa lis: ⁊ q̄ prima tonsura nō sufficiat. An autem ne de plenitudine potestatis posset papa alicui cōcedere potestatem iurisditi onis ecclesiastice diuine: puta ad excōmu nicandum ⁊ ad indulgentias concedendū qui solum esset tonsorista ⁊ per consequēs qui (stante opinione theologorum de pri ma tonsura) nō haberet vllum caracterem ordinalem relinquo cogitandum. Si enī dicatur q̄ sic oportet in diffinitione pote statis ecclesiastice vel dominij euangelici non ponere solum vel precise caracterem sed sub disiunctione caracterem vel cleri caturam. vl' oportet tenere opinionem ca nonistarum scilicet q̄ prima tonsura sit or do proprie loquendo. Unde tenendo opi nionem theologorum: et ponendo sub dis iunctione in diffinitione dominij euange lici caracterem vel clericaturam propter predictum casum diceretur q̄ christus cō ferendo eccl'ie pdictam potestatem iurisdi tionis dimisit in arbitrio eccl'ie pēdere ap-

plicationem eiusdē ad psonas ⁊ modū applicandi eandē ad eas: ita vt si eccl'ia cōferret eam alicui etiā non habēti caracterem ordinalē: teneret illa collatio: dūmodo saltem ille esset clericus. Si autē nollet conferre alicui nisi habēti caracterē ordinalez talem vel talem: non teneret collatio facta alicui non habēti caracterē ordinalē. Sicut in simili dicim⁹ q xps instituit q minister ɔfirmatiōis sit ad min⁹ sacerdos An autē debeat habere vlteriorē ordinē vl cōsecrationē q̄ sacerdotiū: misit pendere i arbitrio eccl'ie adeo etiam q eccl'ia nolēte q simplex sacerdos cōfirmet seu vngat i frōte: talis si attēptet nihil facit. Item posset fieri difficultas an ne posset cōsuetudine introduci ⁊ p̄scribi q simplex curatus haberet excōmunicare etiā si solum esset tōsorista. sicut aliq̄s pōt inuestiri de simplici beneficio curato etiam tpe quo solū est tonsorista. Itē de casu in quo laicus vel saltē tōsorista postularet a papa postulatiōe solēni cuius admissio equiualet electioni et ɔfirmationi. vt tenet Panor. in. c. j. de postula. pla. sed de illis transeo.

Secdo arguit. potestati ecclesiastice non ɔuenit descriptio dominij euāgelici. igit dominiū euangelicū nō est idez q̄d ptās ecclastica. Añcedēs pbatur. q in descriptione dominij euangelici dicit. est dominiū imediate a deo ɔueniēs alicui. Modo potestas eccl'iastica tam ordinis q̄ iurisdictionis ɔuenit psonis ecclesiastic! mediate a deo. quia potestas ordinis confert eis mediāte episcopo conferēte eis ordines. Item ptās iurisdictionis mediāte electione ⁊ ɔfirmatiōe vel institutione humana. q potestatez iurisdictionis in foro exteriori scz excōmunicādi: ⁊ hmōi accipit platus p electionē ⁊ ɔfirmatiōez. q̄ntucunq3 eni esset ordinatus in sacerdotem: nō haberet potestatē iurisdictionis exterioris: nisi haberet plebē subiectam. hec aūt subijcit p electionez ⁊ electiōis confirmationē. vel p canonicā institutionē. Similiter potestatē iurisdictionis in foro interiori accipit humano ministerio. puta per hoc q vel humana electione elect⁹ est. vel canonica institutione vel inuestitura institutus est sup aliquā plebem. Dicēdum q potestas ecclesiastica considerat dupliciter q̄ntum ad ppositum nostrum sufficit. Primo in se formaliter ac absolute sine respectu. ⁊ hoc modo fuit ⁊ ē imediate a deo xpo. sic q a nullo altero fuit instituta. nec congregatio totius vniuersitatis hominuz (sc. iuso christo) potuisset sibi talē potestatem instituere: sicut tñ potuit vel posset instituere potestatē imperialē sup omnes: et potestatē regalez: potestatē q̄z ducatuum: comitatuū: baroniarū. ⁊ ita de reliq̄s potestatibus pure secularib⁹. non aūt potuisset sibi instituere sacerdotiū. nec papatū sicut habet eccl'ia: ita q sacerdos p eos institutus haberet potestatē certis verbis trāsubstātiādi panē in carnē. ⁊ vinū in sanguinem. aut remittendi culpas. ⁊ sic de aliis. Nec posset similiter destituere sicut nec mutare legem xpi. que tñ legis mutatio sequeretur ad mutationez sacerdotij. put arguit apostol⁹ dicens ad Hebreos. vij. Trāslato eni sacerdotio necesse ē vt ⁊ legis trāslatio fiat. Alio modo ɔsideratur potestas ecclesiastica materialiter seu respectiue. put applicat ad hanc vel illā personā iure legitimo. ⁊ hoc modo in pncipio nascentis ecclesie collata ē imediate a deo tā Petro q̄ aliis apostolis: q̄bus imediate christ⁹ de⁹ ⁊ homo ɔtulit sacerdotium sup corp⁹ suū verum. cum eis ait. Hoc facite in meā cōmemorationē. Luce. xxij. et super mysticū cuz ait Petro. Pasce oues meas. Joh. vltimo. ⁊ iterū. Euntes docete oēs gētes. baptizantes eos ⁊c. Mat. ⁊ Mar. vltio. Vñ ⁊ apl's Paulus (qui tñ non fuit discipulus xpi eo tpe quo xps in carne mortali adhuc fuit) dicit ad Galathas. j. se accepisse euangeliū non p hoiez: q̄d nō tñ verum est capiēdo euangeliū p noticia euangelice legis ⁊ doctrine. sed etiā de potestate euangelizādi. illaz eni a xpo accepit immediate. q Actuū. ix. dicit. Vas electiōis mihi est iste: vt portet nomē meū corā gentib⁹ ⁊c. Et Actuū. xxij. Ego i natiōes longe mittam te. sed quo ad successores apostolorū ⁊ discipuloz xpi habētes potestatem ecclesiasticā verū est q illoz potestas ecclesiastica eis collata est non imediate a xpo. sed mediate p hoies eos eligētes vel consecrātes: vel aliter instituētes. Quob3 ergo pdictis modis scz cōsiderando eam absolute ⁊ etiā cōsiderādo eam respectiue

seu materialiter: ⁊ hoc quo ad personas illas que p̄mo receperunt illam potestatez verum est dicere ꝙ potestas ecclesiastica ē imediate a deo instituta et imediate a deo aliquibus applicata. Secūdo tamen modo scȝ vt cōsideratur materialiter vel respectiue ad successores primarum ꝑsonarum non est imediate a deo eis concessa. saltem si imediate neget omnez collatorem intermediū tā auctoritatiuū ꝙ̄ ministerialē. tamen si solum negaret auctoritatiuū collatorem: tunc etiaȝ talibꝫ personis cōueniret potestas aliqua ecclesiastica scȝ ordinis et iurisditionis in foro interiori immediate a solo deo. Nam potestas ecclesiastica fundatur super caracterē ordinalez. ⁊ caracter ordinalis est imediate auctoritatiue a deo

Tertio arguiť contra vltimam clausulā descriptionis (igiť. Potestas ecclesiastica iurisditōnis in foro exteriori est abdicabilis: seruato caractere. igitur. ꝓbatur. quia electus ⁊ ꝯfirmatus in episcopum per confirmationez acquirit potestatē predictam etiam añ cōsecrationem in episcopum. ponamꝰ igitur ꝙ deponatur vel degradetur: iam non solum amittet potestatē illius iurisditionis quo ad vsum: vt sibi nō liceat aliquē excōmunicare: vł quo ad hoc ꝙ aliquid faciat excōmunicādo. sed etiam essentialiť amittet eam. probať: qꝛ illa non fuit fundata p̄cise sup̱ caractere sacerdotali vel alterꝰ ordinis inauferibilis. sicut potestas ordinis vel potestas iurisditionis in foro interiori sed sup̱ electione ⁊ cōfirmatione tanꝙ̄ sup̱ fundamento ꝓximo. Modo confirmatio illa potest cassari ⁊ annullari. ⁊ ꝑ ꝯsequēs omnino auferet etiam in essentia illa potestas ab episcopo remanētibꝫ alijs potestatibus. Et ideȝ fieret si ipsemet renūciet episcopatui. sicut enī per eius ꝯsensum in electionē ⁊ cōfirmationē acq̄siuit illam potestatem: ita per eius resignationē videť abdicare. Confirmať: nam sicut ptās iurisditionis in foro exteriori attributa episcopo ꝑ canonicas leges ⁊ ꝯcessiones. scȝ potestas aliquē deponendi. degradādi ⁊ priuādi. ei potest auferri etiā essentialiter. ita etiā illa que ē ad excōmunicandū. probať: quia vtraqꝫ ē sibi acq̄sita hūana via. Res autē ꝑ q̄s causas nasciť: ꝑ easdeȝ dissoluiť.

Dicendū ad primū dato ꝙ concluderet ꝙ omnino essentialiter posset ei auferri talis potestas ꝓut considerať materialiter ⁊ respectiue. quia vt sic ē variabilis ⁊ mutabilis. tamē absolute cōsiderata non ē abdicabilis ab ecclīa. quia ꝙ̄ diu manebit ecclesia: tā diu manebit potestas illa. ⁊ etiaȝ si illa potestas consideret vt fuit in apostolis: fuit forte illis inauferibilis. quoniā nō ꝑ humanā electionē ⁊ confirmationē vel istitutionē eam acceperunt: sed ꝑ diuinam. ideo solum ꝑ diuinam destitutionē potuissent (vt videť) ea fuisse priuati. Preterea posset dici ꝙ hec clausula sexta analogice cōuenit potestati ordinis ⁊ potestati iurisditionis in foro interiori ex vna p̱te: ⁊ potestati iurisditiōis in foro exteriori ex alia p̱te. Ad scđm nō ē simile. qꝛ potestas canonica etiā absolute considerata ē auferibilis ⁊ abdicabilis. ⁊ lȝ vtraqꝫ cōsiderata vt ē huic vł huic persone applicabilis: subsit humane dispositiōi. ⁊ ideo vtraqꝫ vt sic sit variabilis: tñ non vtraqꝫ ē variabilis in se ꝯsiderata. ⁊ hec dicta sufficiāt de dominio euangelico.

Dominiū aūt canonicum sic describiť. Est dominiū ꝯueniēs alicui s̄m leges humanas canonicas. Exēpluȝ: ius qđ habet patronꝰ alicuiꝰ beneficij ē dominiū canonicuȝ. probať dupliciter. Primo quia tale ius ē ius. igiť est dominiuȝ. tenet ꝯsequentia. quia ius ⁊ dominiū cōuertuntur: ꝓut patuit supra q̄stione p̄ma. et illud dominiū ꝯuenit suo subiecto s̄m leges canonicas. Nā lex canonica ei qui ē patronꝰ alicuius beneficij cōcedit iuspatronatus. Q autē iuspatronatꝰ sit ius ꝓbatur. quia sibi descriptio iuris ꝯuenit. quia ē potestas ꝓpinqua conueniens alicui s̄m dictamē recte rationis. quia s̄m legē canonicaȝ que ē lex recte rationis: que ⁊ reduciť in dictamē p̄me iusticie. Unde iuspatronatꝰ describiť s̄m Hostiēsem sic. Est ptās p̄sentādi instituēdū ad beneficium ecclesiasticū simplex ⁊ vacans. Et sicut alia dominia supra posita habuerūt suos titulos vel fundamenta: ratione quoꝝ leges cōcesserūt aliquibꝫ talia dominia: sic etiā dominiū canonicuȝ habet aliquē titulū vel fundamentū rōne cuiꝰ lex canonica concessit homini tale dominiū. Unde fundamentū iurispatronatꝰ

est aliqd illorum trium (fm Hostie. Goff. & Innocētiū, scʒ fundatio ecclesie. dotatio eiusdeʒ & collatio soli: vt. xvj. q. vij. c. filijs & c. quicunqʒ. & xviij. q. ij. abbatem. vnde versus. Patronū faciunt dos. edificatio. fundus. Secūdo pbatur q iuspatronatus dici possit dominiū. Nam iuspatronatus aliquādo vocatur vicedominat⁹ & patronus vicedomin⁹. sicut & etiam aliquando vocatur aduocatia. custodia. guardia. quādoqʒ ius frequētationis vel pcessiōis que oīa p eodem supponūt. Si igit ius patronatus vocat vicedominat⁹ & patronus vicedomin⁹. igit potest dici dominiū Naʒ q vices gerit domini habet aliquod dominiū. & si nō illud cuius vices gerit tn̄ aliud illi subordinatū. Scdm exēpluʒ. Ius inuestiendi episcopos et archiepiscopos: imo & eligendi pontifices & ordinādi sedem apostolicā qd habuerunt qdam imperatores: fuit dominiū canonicum. quia eis ꝯueniebat tantūmodo ex canonica cōcessione ecclesie que eis illud ob eorum fauorem quē erga ecclesiaʒ habebant & zelū concessit: vt patet dis. lxiij. Adrian⁹. & c. in sinodo. sicut & eis postmoduʒ hoc ius fuit subtractuʒ. vt patet. xvj. q. vij. c. si qs. Sʒ ius instituēdi ecclesiasticas psonas ad officia ecclesiastica cōuenit episcopis etiam ex euangelica cōcessione. Unde Joh. gerson. in tractatu d ecclesiasticis statibus. de statu platorum. ꝯsideratiōe qnta ait. Status episcopalis habet ex se & xpi institutione primaria ius prelatos minores scʒ curatos instituendi. Sed addit etiā dicens. Jus bñficiū ecclīasticū vel stipēdiū tpale conferēdi vl facere conferri ministrantib sub se spiritualia: etiam habet episcopalis status ex xpi institutione. Sʒ hoc additū qtum ad primū membrū non videt verū. quia etiam primus episcoporū. scʒ Petr⁹: non habuit illā potestatem. scʒ conferendi bñficia ecclesiastica: qui tamē habuit oēm potestatem a xpo imediate episcopis concessam. forte nec tēpore suo fuerunt vlla talia eccliastica beneficia de quatib hic loquimur. Uñ & ideʒ Johēs gerson i tractatu de vita spirituali lec. iij. videt oppositū sentire vt patebit in vltimo exemplo. Jus igit cōferendi beneficia ecclesiastica vl instituendi in eis conueniēs episcopo: videt

ei conuenire concessione canonica. Unde Panor. in. c. ex frequentib. d institutiōib ait. Institutio in beneficijs ptinet de iure cōmuni ad episcopū. vt hic. & in. c. cum ex iniūcto. de hereticis. cōtra opinionē Joh. andree dicētis: q collatio seu institutio nō ē xprie iuris episcopalis cuʒ multi habeāt collationē seu institutioneʒ non episcopi. Nam q inferiores quādoqʒ habeāt: pcedit de iure speciali. Tertiuʒ exemplum. Jus qd habet pleban⁹ accipiendi quartā partem funeraliuʒ que pars als dicit portio canonica: est ius & dominiū canonicū. cōuenit eni ei iure positiuo id sibi cōcedēte. i Clemētina: dudū. de sepulturis. Quartum exemplū. Jus accipiendi decimas a populo suo qd plebanus habet: ē canonicum dominiū. cōuenit eni ei iure positiuo vt ptʒ. xvj. q. vij. c. omnes decime. & p multa capitula in decretalib in titulo de decimis. Et si arguas. diuina lege ꝯuenit ei illud ius. igit non est canonicū. Antecedens pbatur. quia Numeri. xviij. dicit dominus Filijs leui dedi oēs decimas israelis in possessioneʒ p ministerio quo mihi fuiunt in tabernaculo. & Leuit. xxvij. Omnes decime terre siue de frugib siue de pomis arborū: domini sunt: & illi sanctificantur. Dicendū lex concedēs leuitis ius pcipiendi decimas: & precipiens filijs israel dare decimas est cōstitutio iudicialis veteris legis. taliuʒ auteʒ constitutionū obligatio cessauit. Unde apostol⁹ de lege veteri loquēs ait. Lex pedagogus noster fuit i xpo &c. et infra. At vbi venit fides: iam nō sumus sub pedagogo. ad Gal. iij. ideo plebani non habent ius pcipiēdi decimas ex ꝯcessione mosaice legis abolite. nec subditi ex obligatiōe legis predicte obligātur ad dandū decimas. sed solo iure positiuo canonico ad id obligant: lʒ iure naturali obligentur ad hoc vt dent tēporalia stipēdia eisdeʒ plebanis ministrantib eis spiritualia. ad quotā aūt determinatā: vtputa ad decimā partem suorum fructuū non obligāt lege naturali. De hoc tamē ē xplexitas non paruū int theologos & iuristas. adeo vt nōnulli iuristarū reputent quasi hereticum dicere q decime nō sint de iure diuino sed si intelligant q sint de iure diuino hodie obligante. quo ad determinatā quotā

potius eorum dictum est quasi hereticum
quia ē dicere ꝙ lex Moysi hodie obliget
quo ad iudicialia. nam quo ad quottā nō
est morale: sed tm̄ iudiciale: lʒ secūdario sit
cerimoniale. sed de hoc diffuse dixi in tra-
ctatu de quotta decimarū. Quintuʒ ex-
emplum. Jus leuādi temporalia determi
nata (qḋ ius alio nomine vocat̄ beneficiū
ecclesiasticū) annexum alicui officio eccle-
siastico conuenit ei qui est ad illud benefi-
cium p̄sentatus per patronū (si ē patrona-
tum beneficium) vel elect⁹ (si est beneficiū
electiuū. id est qḋ per electionē confertur)
postq̄ȝ fuerit ad idem legitime institut⁹ vel
in eo confirmatus. hoc est canonicum ius
vel dominiū. quia conuenit ei tunc s̄m le-
ges canonicas. quia canonica lex ei qui sic
est institutus vel cōfirmatus cōcessit tale
ius. ꝛ fundamentū illius iuris est ei⁹ insti-
tutio vel confirmatio p̄cedenti p̄sentatiōe
vel electione: que potest titulus eius dici.
Item etiaʒ ip̄m officium ecclesiasticū pōt
dici titulus beneficij. quia illō ratiōe cui⁹
alicui competit ius: potest titul⁹ illius iu-
ris vocari. modo beneficiuʒ cōpetit alicui
ratione officij. quia habenti officiū debet
dari beneficiuʒ. Unde ꝛ talis dicit̄ habere
tale beneficiū in titulū. id est ratiōe officij
ecclesiastici: non autē diceret̄ illud habere
in titulū si non haberet officiū cui illud est
annexū: quēadmoduʒ ille qui est collator
beneficij. qualis est episcopus. de iure cō-
muni habet beneficia sue diocesis. sed nō
in titulū. id est ratione officiorū quibus il
la sunt annexa. quia ip̄e non habet illa of-
ficia. id est non est obligat⁹ ad exercendum
actus eccl'iasticos talium officiorū. sed ha
bet illa quo ad potestatē conferēdi. Cō-
tra hoc arguit̄. habēti officiū ecclesiasticū
cōuenit lege naturali beneficiū ecclesiasti-
cum. igit̄ non lege canonica. Antecedens
p̄bat̄. quia lex naturalis disponit ꝙ semi-
nantibꝫ spiritualia aliis: dari debeāt tēpo-
ralia stipendia. beneficiū autē ecclesiasticū
est ius p̄cipiendi temporalia stipendia. igi
tur. Dicendū ꝙ habenti officiū ecclesia-
sticum cōuenit lege naturali ius p̄cip̄iēdi
tēporalia stipendia: put lʒ stipendia suppo
nit confuse tm̄: non autē ius p̄cipiendi sti-
pendia determinata tāta quātitate vl' tali
qualitate. Modo h̄ loquimur de benefi-
cio ecclesiastico. put est ius percipiendi sti
pendia determinata in quātitate ꝛ quali-
tate. Simile habitū est de decimis in pre
cedenti exemplo. Sextū exemplū est po
testas vl' sup̄ioritas quā canōica institutiōe
institut⁹ in plebanū acq̄rit in plebē: ex h̄ ꝙ
plebs sibi de nouo subijcit̄ subiectione ca-
nonica dicit̄ dominiū canonicū. Nā sicut
noua subiectio plebis est canonica ita su-
perioritas correspōdens illi subiectiōi de
nouo: est canonica ꝛ per canonicā institu-
tionem acquisita. De hoc exemplo patuit
in p̄cedenti dominio circa tertiū dubium
seu questiunculā. Septimū exempluʒ.
Papa habet q̄druplex dominium ius seu
potestatē. Quorū primum sibi conuenit le
ge euangelica pura. Scḋm lege canonica
Tertiū lege ciuili. Quartū lege naturali p
ut in effectu vult Johēs gerson. Primum
igit̄ dominiuʒ est potestas ecclesiastica in
omni plenitudine sua: que potestas supra
vocata est dominiū euangelicum similiter
dominiū superioritatis supra totam eccle
siam cum predicta plenitudine potestatis
in eis que spirituale regimen ecclie p̄prie
dictum respiciūt. Et hoc dominiū est ius
ad faciendū illa quattuor. et si qua similia
sunt: scʒ: Pri͠o ad conuocandum concilia
vniuersalia. Secūdo ad determinādū cū
concilio questiones fidei per moduʒ arti-
culorū generaliter om̄es obligantiū. Ter
tio ad corrigēdū p̄latos inferiores. Quar-
to ad destituenduʒ eosdem totaliter a suis
officijs si demeruerit. ꝛ ad alia similia faci-
endum. que vel vniuersalē ecclesie statum
tangunt vel finalē supremāq̄ȝ determinati
onem respiciunt. Et ꝙ xp̄s concesserit Pe
tro ꝛ successoribꝫ eius potestatē ecclesiasti-
cam tam ordinis q̄ȝ iurisditionis satis patʒ
ex lege euangelica in illis locis que allega
ta sunt supra circa dominiū euangelicum.
Sed ꝙ p̄ter illam potestatē ecclesiasticaʒ
etiam cōcesserit primo pape scʒ Petro tale
dominiū sup̄ioritatis sup̄ alios ꝛ i Petro
successoribꝫ ei⁹ q̄les sūt pape posteriores:
cognoscit̄ ex lege euangelica. ꝛ ex actibus
apostolorū: ꝛ ex eis que per successiuā rela
tionem eoꝝ ad nos tanta certitudine sunt
deuoluta: vt merito temerari⁹ ꝛ scandalo-
sus. imo scismatic⁹ iudicet̄ qui potestatem
hanc vel abolere vel diminuere p̄sūpserit.

stendo cõmunes omnibꝫ hominibꝫ plus valuissent ad sustentationem nature ꝛ pacificam conuersationẽ ꝙ essendo appropriate aliquibus. igitur. Minor ꝓbatur. Quia ex quo quilibet fuisset innocens et rectus. nõ occupasset aliquis plus de rebus ꝙ indiguisset. ꝛ sic indigentes nõ caruissent necessarijs: nec aliquis occupasset superflua. Huic conclusioni concordat Gratianus in decretis distin. viij. c. pmo dicens. Jure nature sunt oĩa cõmunia. ꝛ ẜm hoc ius vel legem naturaleꝫ apostoli possederunt res tempales scꝫ vt omnibus omnia que haberent essent cõmunia. Etiam plato sensit ẜm hanc legeꝫ naturalem res esse possidendas: vt omes res omibus essent cõmunes. Unde apõ eum illa ciuitas iustissime ordinata tradi tur: in qua quisqꝫ ꝓprios nescit affectus: ita ꝙ quisqꝫ tantũ alium diligit quantum se. Finxit eñ plato quandã rempublicã in qua omnia sunt cõmunia. Tertio. qꝛ Clemens in epistola. iiij. ꝛ habetur. xij. q. stione pma capitulo. dilectissimis. ait cõmunis vsus ꝛc. vide pcedenti questione: ꝛ addidit ibidẽ. Denique grecoꝝ quidẽ sapientissimus hec ita sciens esse: cõmunia debere (ait) esse amicoꝝ omnia. Hec autẽ autoritas vult ꝙ q̃ntum est ex lege nature deberẽt oĩa esse cõmunia. igitur distinctio dñioꝝ non est per legem nature.

Et quia aliquis diceret. illa cõclusio habet veritatem hoc modo ꝙ dñioꝝ distinctio non est ẜm legem naturalem: ꝛ hoc ꝓ statu innocentie: tunc eñ omnia fuerunt ꝛ debebãt esse cõia. sed non ꝓbat q̃n eoꝝ distinctio pro statu nature corrupte sit ẜm legem naturalem. ideo ponitur

Tertia conclusio

Dñioꝝ distinctio etiam ꝓ statu nature lapse nõ ẽ ẜm legem naturalem. ꝓbatur per Scotũ in. iiij. vbi supra. ꝛ per Joh. de ripa. ordinis minoꝝ sic. Nam sicut natura non inclinat ad opposita. sic etiã lex naturalis nõ inclinat ad opposita. modo lex naturalis iclinat ꝛ disponit vt oĩa sint omnibus cõmunia. igitur illa eadem non inclinat nec disponit ad hoc vt res appropient̃ ꝛ dñia distinguant̃. cum igitur lex nature sit eadeꝫ ꝓ statu tam innocentie ꝙ nature corrupte. sequitur ꝙ sicut disposuit omnia debere esse cõmunia ꝓ statu innocentie: sic etiam disponit pro statu nature corrupte. ꝛ per cõsequens distinctio dñioꝝ nõ est per legem naturalem. hanc rationem tangit Scotus in. iiij. disti. xv. questione secunda. ꝛ etiam Joh. de ripa ordinis minoꝝ in quodlibetis. Sed ꝙuis cõclusio sit vera: tamẽ illa ꝓbatio nõ valet. quia si illa lex naturalis que disponit omnia esse cõmunia omnibus: poneret res esse appropriandas hominibus: nõ ꝓpter hoc inclinaret seu disponeret ad opposita. Probat̃. quia quando lex naturalis disponit omnia esse cõmunia omnibus: nõ disponit hoc nisi ꝓ illis hominibus qui sũt nature integre nõ corrupte: sꝫ disponendo res esse hominibꝫ appropriandas disponeret hoc ꝓ hoibꝫ nature corrupte. ꝛ sic de diuersis disponeret cõmunitatem ꝛ ꝓprietatem rerũ. ꝛ per ꝯsequens nõ disponeret opposita. quia opposita sũt opposita respectu eiusdem: patꝫ per simile Nam si aliqua regula medicinalis artis disponat vinũ esse dandum Johãni cuꝫ sanus est. ꝛ eadem disponat eidem cum febricitat nõ esse dandum: nõ disponit opposita. quia nõ respectu eiusdem hoĩs eodem modo se habentis. Ideo aliter ꝓbatur conclusio sic. Per distinctionẽ dñioꝝ hic nihil aliud intelligitur ꝙ ipa dñia ciuilia distincta: vt patuit in pma suppositione. Modo ciuilia dñia nõ sunt facta per legem naturaleꝫ ꝓ statu nature corrupte. qꝛ tunc ciuilia dñia non essent ciuilia sed naturalia. Diffinitur eñ ciuile dñiuꝫ quod est ex concessione legis ciuilis. ꝛ naturale quod est ex lege naturali. Et si aliquis dicat idem esse dñium naturale ꝛ ciuile: vt sup etiam patuit: idem dñium esse naturale ꝛ diuinũ. hoc non obstat. qꝛ hic loquimur de ciuili dñio pure tali. Secũdo ꝓbatur illa cõclusio sic. quia lex naturalis concedens alicui aliquod dñium est nota naturali lũine rationis: ita ꝙ ratio naturaliter nata est formare talem legem ꝛ ei adherere. Modo ratio naturalis nõ est nata formare talem legeꝫ que dicat hec res sit petri: hec sit Johis. sed lex ciui

lis sic dispositi. Contra istā cōclusionē

Primo arguitur sic. Qđ recta ratio naturalis in lumine suo naturali dictat: hoc est lex naturalis. Sȝ recta ratio dictat h̄ cōplexū. scȝ hominibꝰ ꝑ statu nature corrupte sūt res appropriā-de ꝛ nō relinquende cōmunes omnibus. igitur illud complexū est lex naturalis: sȝ illud complexū disponit distinctionē dñi orum. igitur distinctio dñiorum est a lege naturali. Maior nota. Minor pbaṫ. quia in qōne. ix. determinatū est ꝙ rationabile fuit ꝙ res cuȝ essent a pncipio cōmunes oībus: postmodū appropriarenṫ visa corruptione hominū: sed qđ est rationabile: h̄ dictatum est a ratione recta.

Secūdo arguiṫ sic. quia illud complexū scȝ res q̄ donaṫ a dño suo sit illius cui donaṫ: concedit dñium distinctū ꝛ ꝓprietatem donatario. modo hec ē lex naturalis. igitur lex naturalis concedit donatario dñiuȝ ciuile qđ tamen est distinctū. Minor pbatur Quia illud complexū est dictatum ſm rectam rationem.

Tertio arguitur sic. Omnis lex ciuilis est dictata a recta ratione. igitur omnis talis est naturalis lex. ꝛ ꝑ ꝯsequēs cum dñiorum distinctio sit a lege ciuili: etiā est a lege naturali.

Quarto arguiṫ sic. Ista lex scȝ Qđ in nulliꝰ bonis est: occupāti cōcediṫ: est lex naturalis ꝛ tamen ꝑ ipsam ꝯcediṫ etiam effectualiter distinctio seu appropriatio illi qui occupat rem in nullius dñio existētē. Ad hoc quartū ꝑusq̄ ad alia Dicendū ꝙ cōcessa minore distinguenda est maior. quia vel p̄dicta lex intelligiṫ de cōcessione quo ad ꝓprietatem dñij: vt sit sensus ꝑ occupationē rei existentis in nullius dñio: quis acquirit ꝓprietatem dñij. ꝛ sic neganda est ꝙ sit naturalis. quia vt sic: nec est nota ex terminis nec sequiṫ ex taliter euidēti. Si aūt intelligaṫ de concessione ad vsum: vt sit sensus. ꝑ occupationē rei existentis in nullius dñio: hic debet occupans vsum appropriatum sibi. ꝑ tempe occupationis sic ꝙ licituȝ est sibi ꝙ solus velit vti illa re q̄diu durat eius occupatio: ꝛ hoc secūdo modo potest esse lex naturalis saltē large capta modo p̄dicto. Ad pmū concessa maiore ꝛ minore. distinguēda est ꝯclusio Nam distinctionem vel appropriationeȝ dñiorum esse a lege naturali potest intelligi dupliciter. Uno modo ꝙ sit ab ea indicatiue. sic ꝙ lex naturalis indicet vł dispo nat (saltem in generali) ꝙ distinctio dñiorum debeat fieri. ꝛ sic concediṫ conclusio. ꝛ sic etiaȝ argumentū ꝓcedit. Alio modo ꝙ sit effectualiter ꝛ executiue ab ea: sic ꝙ illa effectualis appropriatio ꝛ distinctio ꝓcesserint a lege naturali: ꝛ hoc negaṫ. Nā quantūcūq̄ p̄dictum complexū existens naturalis lex: scriptū esset in intellectu practico hominis cuiuscūq̄: siue principis siue patrisfamilias siue cuiuscūq̄ alterius nō fuisset per ipm ad effectum posita appropriatio rerū: si nō superuenisset volitio hominis habentis potestatem: ꝛ volentis ꝙ illa res deberet esse illius ꝛ alia alteriꝰ. ꝛ sic de alijs. Illa auteȝ volitio fuit lex nō naturalis sed positiua. Et ꝑ hoc etiaȝ potest solui si argueret. ꝑ ꝯtractus transferūtur dñia rerū: ꝛ fit rerū distinctio quo ad dñia. ꝛ tamen ꝯtractus fere oēs sunt de iure gentiū qđ est species iuris naturalis ꝛ sic videṫ ꝙ nō ita ꝑ legem ciuilem sit facta distinctio rerum q̄n etiaȝ ꝑ ius naturale saltem per illud qđ diciṫ ius gentiū. sed responsio patȝ. Exemplū aūt p̄dicte responsionis potest dari sic. Cū eñ tempe Noe post diluuiū terra tota fuisset sibi ꝛ filijs suis indistincte concessa: nō cepisset vna pars esse vnius hominis ꝛ alia alterius si nō Noe vel alius superior hominū in quē consenserunt: illas distinxisset iussu ꝛ volitione sua que fuit lex positiua. Ad secūdum potest concedi maior: etiā in sensu tali ꝙ ab illa lege effectualiter est dñiū distinctum vel appropriatum. quia illa lex est volitio pncipis vel signum volitionis pncipis in quem consenserūt hij qui volebant eas per eum hincinde esse appropriandas. Minor autē est neganda: saltē put lex naturalis capiṫ ꝓprie ꝛ stricte quō capiṫ in scđa ꝯclusione ꝛ tertia. Lex eñ naturalis aliquādo capitur stricte vel ꝓprie ꝛ sic est complexū euidēs ex terminis vel

euidēter deducibile ex alio complexo euidenti ex terminis. tale aūt nō est p̄dictū cōplexū. nō eīm ex terminis illi⁹ cōplexi cogit intellectus ei assentire. al's si in statu innocentie aliquis dedisset alteri rem aliquā: nihil p ea expectando z volendo: nihil p̄priū in ea habere: ille alius habere debuisset p̄prietatē date rei. qd̄ est falsū. z eodē modo p̄batur q etiā nō est euidenter deducibile ex alio euidenti. Unde dato q intellectus ex terminis ei⁹: assentire cogeretur illi scʒ q si habens dn̄ium in re det eā alteri consentienti: saltem in receptionē illius: ipso dante volente cedere dn̄io z iuri quod habet in re: q illa res sit illius alterius: non tamen cogeretur consentire q illa res esset hoc determinato modo illius scʒ q esset sibi p̄pria. Alio modo accipitur large. d̄ quo modo patebit in solutione sequente. Ad tertium concesso antecedente neganda est cōsequentia. quia nō sufficit ad hoc q aliquod complexū sit lex naturalis q sit dictatum a recta ratione: al's nulla esset lex pure positiua. similiter omnis diuina lex esset naturalis cū quelibet talis sit dictata a deo q̄ est essentialiter recta ratio. consequens tamen est falsum. qz cum lex naturalis liget om̄i tempe: sequitur q teneremur ad omnē legem positiuā diuinam: etiam veterē nec aliqua lex positiua essʒ abrogabil'. requiritur igitur ad legem naturalem q sit dictata a recta ratione taliter q sit euidens ex terminis vel euidenter deducibilis ex tl'i. q̄uis ad hoc q aliqua lex dicat' naturalis large capiendo sufficeret q licet nō sit euidens ex terminis nec euidēter deducibilis ex taliter euidenti: tamen esset valde consona taliter euidenti vel taliter deducibili ex euidenti: quo mō Scotus ponit p̄cepta secunde tabule esse de lege naturali in. iij. distinc. xxxvij.

Quarta conclusio

Dn̄ioꝝ distinctio non est fm legem diuinam. Probat' duabus autoritatib⁹ z vna ratione. ratio autem tangetur in examine p̄me autoritatis. Prima autoritas est augustini super Johēm. z habetur in decretis distin. viij. c. quo iure. vbi ait sic. quo iure defendis villas ecclesie? diuino an humano? diuinū ius in diuinis scripturis habemus: humanū in legibus regum. vnde quisqs possidet quod possidet? nōne iure humano? Nam iure diuino dn̄i est terra z plenitudo eius. pauperes z diuites dominus de vno limo fecit. z pauperes z diuites vna terra supportat. iure vero humano dicitur. hec villa mea est: z hec domus mea est: hic seruus meus est. Jura autem humana: iura imperatoꝝ sūt. quare? quia ipsa iura humana per imperatores z reges secl'i deus distribuit generi humano hec ibi. Sed diceres in illis verbis nō habetur illa negatiua q distinctio dn̄ioꝝ seu p̄prietas rerū non sit a iure diuino sʒ tm̄ habetur illa affirmatiua q talis distinctio sit a iure humano. modo illa affirmatiua nō infert predictam negatiuam eo q vnum z idem dn̄ium potest alicui competere vtroqs iure: vt habitum est etiam sup questione q̄nta. Dicendum dupliciter Primo q etiā illa negatiua ibi habetur in hoc qd̄ dicitur. Nam iure diuino dn̄i est terra z plenitudo eius. Ibi eīm vult p̄bare q nō sit illa p̄prietas ex lege diuina.

Sed diceres contra. quia illa probatio Augustini non videtur valere. Uult eīm sic arguere. nullus habʒ dn̄ium diuino iure nisi deus. modo si distincta dn̄ia z proprietates quas habent homines in rebus huius mundi essent fm legem diuinā seu ius diuinum: tunc homines haberent illud dominiū quod est soli deo p̄priū. modo hec p̄batio equiuocat ius diuinum z etiam dominiū diuinum: patet quia ius diuinū accipitur dupliciter fm q ius accipitur dupliciter (vt tactum est in prima suppositione prime questionis) Uno mō pro lege diuina. z hoc modo maioꝛ est falsa. quia homines habēt aliqua dominia fm diuinam legem: vt est dominiū beatificum originale z gratificum atqs euangelicum. z sic minoꝛ etiam est falsa. quia nō opoꝛtet si homines habent dominiū eis cōueniens fm legem diuinam q ergo habeant dominiū p̄prium soli deo. quia nō opoꝛtet q tale dominiū cōueniens alicui fm legem diuinam sit deo p̄prium. Alio modo capitur ius proꝛut idem est qd̄ pote

stas seu dominiũ. ꝛ hoc modo idẽ est ius diuinuꝫ quod dominiũ diuinum: ꝛ tunc adhuc capitur equiuoce: vt tactum est in prima suppositione ante questionis. vide ibi. Et si primo illoꝝ modoꝝ accipiatur maior est falsa sicut prius. similiter ꝛ minor. Sꝫ si secũdo modo capiatur: maior est vera. quia sensus est. Nullus habet illud dominiũ quod cõuenit deo: sed tunc minor est falsa. Nam ex hoc ꝙ homines haberent ex diuina concessione distincta dominia: nõ ob hoc haberent illud dominiũ qđ est in deo. quia deus habet dominiũ per essentiam in rebus ꝛ altissimũ atꝫ impendens. homines autem tm̃ habent participatum bassum ꝛ dependens. Dicenduꝫ ꝙ ratio augustini aliter est intelligenda ꝙ̃ iam sit deducta: si debeat esse valida. ꝛ hoc sic. supponit enĩ ꝙ deus habet dominiũ in terra ꝛ omnibus rebus terrenis ꝛ ꝙ sua lege ꝛ concessione deriuauerit in homines atꝙ eis concesserit participatum ꝛ dependens dñium terrenoꝝ. sed illam legem suam ferendo per quã eis concessit ea: non distinxit eis ipsa terrena: vt hec res sit illius: ꝛ hec illius: sed tradidit ea eis indistincte. ꝛ sic ex diuina concessione nõ habent distincta dominia. Assumptum autem scꝫ ꝙ dñs ferendo legem per quam concessit eis terrena non distinxerit eis ea probaꝛ. quia lex diuina per quam concessit eis ea habetur in scriptura sacra scꝫ Genesis pmo p statu innocentie. ꝛ Genesis. ix. p statu nature corrupte. ꝛ post diluuiũ. ꝛ tamen talis lex nõ distinguit qđ cuiꝙ debeat esse priũm. Ait enĩ indistincte sic Geneꝛ pmo. Ecce dedi vobis omnẽ herbam afferentem semen suum super terram: ꝛ vniuersa ligna ꝛc̃. vt sint vobis in escam ꝛ cunctis animantibus terre ꝛc̃. ꝛ Genesis. ix. ait. Omñs pisces maris: manui vestre traditi sunt. ꝛ omne quod mouetur ꝛ viuit erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis omnia ꝛc̃.

Secũdo dicendum ꝙ etiam illa negatiua habeꝛ in secũda autoritate: quia ibidem ait Augustinus. Tolle iura imperatoris. ꝛ quis audet dicere: hec villa mea ẽ: meus est iste seruus. mea est domus. Hec ille. Ergo vult ꝙ distinctio dominioꝝ et ꝓprietas sit tm̃modo ex iure hũano. quia eo sublato tolliꝛ ꝓprietas ꝛ distinctio. nõ est igitur a iure diuino.

Contra illam conclusionem

arguitur. Populus israel habebat dñium distinctum ꝛ ꝓprietatem in terra ꝓmissionis: adeo ꝙ vere poterat ille populus dicere. hec terra ẽ mea: sic ꝙ nullius alterius hominis. ꝛ tamen illud dominiũ fuit eis datum ꝛ concessum a deo: ꝛ nõ p legem ciuilem. igitur aliqua dñia distincta fuerũt per legem diuinam. Dicendũm dupliciter. Primo. ꝙ conclusio non debet intelligi sine omni exceptione. fallit enĩ in predicto casu qui singularis est. al's enĩ regulariter loquendo nõ diuisit deus distincte dñia rerum: appropriando res illi vel illi: sꝫ reliquit eas cõmunes diuidendas humanis constitutionibus ꝛ ordinationibus. Vel secũdo dicendũ ꝛ melius ꝙ conclusio loquiꝛ de distinctione dñioꝝ personaliũ qualia habẽt singulares persone: vt ꝙ Johes habeat ꝓprietatem equi: Petrus agri ꝛc̃. Dñium autẽ populi israel in terra ꝓmissionis non fuit personale sed concessum toti populo: sic tamen ꝙ nullus de illo populo habebat ꝓprietatem alicuius partis illius terre ꝓmissionis vel partis eius ex diuina concessione. ꝙ̃uis enĩ dñs sua ordinatiõe distinxerit eam tribubus mediantibus sortib: nulli tamen singulari de populo eaꝫ vel partem eius appropriauit: sed dimisit eam distinguendam humana actione singularibus personis: vt patet in libro Josue. Unde ꝙ caleph qui fuit singularis ꝑsona obtinuit dominiũ in hebron: fuit ex concessione humana scꝫ Moysi ꝛ Josue vt patet Josue. xiiij.

Quinta conclusio.

Distinctio dñioꝝ est tm̃ ẜm legem humanã Probatur tripliciter. Primo. quia omnis lex aut est naturalis diuina aut humana: sed distinctio dñioꝝ non est ẜm legem naturalem ꝛ diuinam: vt ꝓbatum est. igiꝛ a sufficiente diuisione erit ẜm humanam

Secũdo patet ex eo. quia distinctio dominioꝝ hic supponit ꝓ dñijs distinctis:

qualia sunt ciuilia. modo ex descriptione ciuilis dñij habetur q ei secundum legem ciuilem cõuenit cui conuenit. igitur. Tertio probatur per auctoritates duas allegatas in quarta conclusione.

Questio. XI.

Ex quo dominiorum

distinctio licite fuit facta: et nõ nisi per legem positiuam: queritur quis et quotuplex potuit fuisse modus quo per legem positiuam talis distinctio fuit iuste facta. Solutio stat in quinque suppositionibus et duabus cõclusionibus.

Prima suppositio

ad hoc q per legem positiuam distinctio dñorum fuerit iuste facta: sufficit q lex positiua fuerit iusta. quia effectus iuste legis est iustus. modo distinctio dñorum facta per legem positiuam est effectus legis positiue. igitur suppositio vera.

Secũda supposi-

tio. Ad hoc q aliqua lex positiua sit iusta lex requiruntur due conditiones. Prima q ille a quo lex fuit lata: habuerit potestatem eam ferendi. Nam sine illa potestate illõ quod per ipsum est dictatũ nec habet rationẽ legis: nec etiam rationem iuste legis. Primũ probatur. quia lex dicitur a ligando. dictatum autẽ per eum qui nõ habet potestatem in me: nõ habet me ligare secundum q per eum est dictatum. igitur. De secũdo probatur. quia lex que imponitur iniuste alicui nõ est iusta. modo si quis nõ habeat potestatem in aliquos: et tamen ferat legem in illos: illa iniuste imponitur illis. igitur. Secũda conditio (que regulariter loquendo etiam requiritur) est q ille a quo est lata: habuerit prudẽtiam in se vel in suis. Probatur. quia requiritur ad legem iustam q nihil in ea sit dispositum cõtra dictamen recte rationis vel equitatem. modo ad vitandum tale quid requiritur regulariter prudentia que est recta ratio rerum agibilium. id est habitus intellectualis inclinãs ad dictandum recte in agibilibus. Dixi autem notanter regulariter loquendo. Nam staret q ille a quo lata est lex iusta: nõ haberet prudentiam: et tamẽ lex per eum lata nihil contineret iniquitatis: sed omnem equitatem: sed hoc est tunc casuale et non regulare. Nam carens prudentia potest a casu dictare aliquid quod omnẽ continet equitatem. Dictum etiam est in se vel in suis. quia nõ oportet (supple quo ad rationem efficacis legis) iuste semper q ipse qui tulit legem: habeat in propria persona prudentiam. quia oppositum patet in aliquibus principibus parum vel nihil habentibus prudentie qui tamen habent consiliarios prudẽtia pollentes quorum consilio et auxilio condunt leges iuste. Et hee due conditiones differunt in hoc. quia prima requiritur ad vtrũque scilicet tam ad hoc q sit lex quam ad hoc q sit iusta: vt probatũ est. Secũda autẽ tantum ad hoc q sit iusta.

Tertia suppositio

Duplex est potestas quam vnus homo habet super alios: secundum q etiam tangit Aristoteles primo politice. Quedam est paterna quã habet pater super filios: in quantũ talis et conuenit sibi lege naturali. Alia est politica: et illa conuenit ei cui conuenit ex cõmuni consensu eorum super quos habet eam. Ex hoc enim q aliqui consentiunt q aliquis alius ab eis habeat potestatem super eos: ille habet potestatem illam. Et differũt hee due potestates. quia prima ei cui conuenit: cõuenit tantum super ab eo descendentes. etiam vbicũque illi habitent. Secũda autẽ tam super ab eo descendẽtes quam extraneos: attamen cohabitantes.

Quarta supposi-

tio. Vtraque potest iuste cõuenire ei cui cõuenit. De prima probatur. quia illa cõuenit ex cõcessione legis naturalis ei cui conuenit. modo quod alicui lege naturali conuenit: iuste sibi cõuenit. igitur. Maior probatur. quia filij de lege naturali tenentur obedire patri: seclusa etiam omni lege extrinseca: nec illa per aliquã legem fuit reuocata nec mosaycam nec euangelicã: sed magis confirmata: et sic etiam vtrũque lege diuina sibi cõuenit. De politica probatur. quia si aliqui melius possunt regi per aliquẽ alium

a semel iusq; defendi q̃3 si per se regerent
ac viribꝫ ꝓprijs innuerent: illi iuste se pos-
sunt submittere illi alteri in his q̃ nõ sunt
contra legem nature vel dei. Modo stat
q aliqui melius possint regi ꝛ defensari
ꝑ alium q̃3 ꝑ se. igitur tales possunt iuste
se submittere. igitur etiam alius iuste po-
terit eis dñari. ꝛ ꝑ ꝯsequens iuste cõueni-
re poterit sibi potestas politica.

Quita suppositio

Potestas politica duplici modo reperit.
quia aliquãdo residet in vna persona vt
potestas sup regnũ francie residet in vna
persona. sc; regis. Aliqñ vero residet in
vna tota cõmunitate vt in quibusdã ciui-
tatibꝫ italie vbi cõmunitas vel senatus ci-
uitatis ꝑncipat sup ceteros incolas ciui-
tatis illius. Et si ꝑmo modo reperit: hoc
contingit dupliciter. quia aliquando illa
potestas cõuenit sibi ꝓ se ꝛ suis heredibꝫ:
eo q hij q̃ ꝑmũ in eũ ꝯsenserũt ꝓ se ꝛ suis
ꝯsenserũt tã in eũ q̃3 i eiꝰ posteros. Aliqñ
ꝟo tm̃ ꝯuenit sibi ꝓ se: adeo q eo sublato
libere possunt se alteri submittere quẽ ele-
gerint vt fit hodie in imꝑatore romanoꝝ.

Prima conclusio

Licet videri posset alicui q cũ res essent
ꝑmũ omnibus cõmunes non potuerit
postmodũ humano genere lapso: fieri ꝑ
legem positiuam iusto modo earũ distin-
ctio ꝛ appropriatio. tamen oppositũ est ve-
rum. Prima pars ꝓbatur ꝓpter tale ar-
gumentũ. Nam diceret aliquis. lapso hu-
mano genere adhuc natura omnes homi-
nes equales genuerat. ꝛ ꝑ ꝯsequens nul-
lus habebat potestatem in alios. Modo
nullo habente potestatem sup alios: non
potuit iuste fieri appropriatio lege alicuiꝰ
hominis cũ illa lex nõ potuerit iuste sup
eos ferri per nõ habentem potestatẽ. ꝛ ꝑ
cõsequens quãdo fuit appropriatio facta
ꝛ aliqui fuerunt ꝑuati illis rebus quarũ
tamen prius habuerãt dñium: nõ potuit
id fieri iuste. Secũda pars ꝓbatur du-
pliciter. Primo soluendo argumentum.
Nam antecedens est falsum si equalitas
illa excludat omnẽ potestatem vnius su-
per alium. Nam natura genuerat filium
inequalem patri in potestate. quia genuit
eum naturaliter subiectum patri. Secũ-
do ad idem antecedens dicendum q q̃3-
uis natura genuerat omnes homines e-
quales: ꝓut equalitas excludit potestatẽ
politicam ꝛ subiectionem politicam. quia
illa potestas ꝛ subiectio non est a natura.
Attamen nihilominus ex volũtaria sub-
iectione qua homines se subdiderũt alte-
rius potestati: facta est inequalitas vt vnꝰ
habeat potestatem talem super alios. Se-
cũdo ꝓbatur secunda pars conclusionis
sic. q etiam si nullus habuisset potestatẽ
super alium: adhuc potuissent res huma-
na volitione fuisse hincinde distincte ꝛ ap-
propriate. Probatur. quia homines qui-
bus res fuissent cõmunes: potuissent cõ-
muni consensu eas distinxisse ꝛ appropri-
asse. ꝛ tũc nulla iniusticia nec iniuria nec ꝑ-
iudiciũ fuisset alicui factum. quia volenti
nõ fit iniuria.

Secũda conclusio

Modꝰ quo per legem positiuam est fa-
cta distinctio dominioꝝ potuit esse tri-
plex. Probatur. Nam illa distinctio po-
tuit esse facta per aliquod complexum di-
ctatum: aut ab habente potestatem pater-
nam: aut ab habente potestatem politicã
aut per dictatum de cõmuni consensu ho-
minũ: sine dictatiõe alicuius alterius ha-
bentis potestatem super ipsos. quodlibꝫ
autem taliter dictatum: potest dici lex po-
sitiua. igitur. Maior declaratur exempla-
riter inductiue. Primo. Nam potuit esse
q adam cum haberet filios post lapsum
diuiserit filijs suis terram: dictans ꝛ vo-
lens q hec esset illius ꝛ alia alterius. Si-
militer idem potuit Noe post diluuium
facere cum terra esset tota sua ꝛ suoꝝ filio-
rum. ꝛ tale dictatum fuit vtiq; lex iusta: q2
lata ab habente potestatem super illos q̃-
bus dedit eam legem ꝛ similiter ab habẽ-
te prudentiam. Similiter ꝛ secũdo potu-
it esse q si non esset vlla diuisio facta per
patres filijs: illis crescentibus ꝛ multipli-
catis: submisissent se homines alicui al-
teri a patre suo tanq̃3 rectori ꝛ defensori
suo ꝛ principi vel cõmunitati ꝑncipanti:
ꝛ tunc ille dictasset quẽadmodũ hec pars

deberet fore illius: alia alterius et illud cō plexum dictatum potuisset fuisse lex iusta vt patet ex dictis. Et si diuisio est facta per patres vel per principantem politice nō tamen per aliquod dictatum predicto mō: scz q hec pars deberet esse illius alia alterius. potuit tamē esse facta p aliquod aliud completum dictatum scz per tale. Quicūq occupauerit prius aliquā rem que in nullius est dn̄o: habeat eandē in proprietatem fm quā legem fuit cōmuniter distinctio facta. et illud dictatū potest dici lex positiua: vt patuit in solutione q̄rti argumenti in cōclusione tertia: questionis decime. Similiter et tertio si nec p habentem paternam: nec per habentem politicam potestatem facta est distinctio: potuit tamen esse facta per cōmunē consensum hominū. hoc inquam modo facta est distinctio per Abraam et Loth Genesis xiij. quando Abraam dixit ad Loth. Ecce vniuersa terra coram te est. si ad sinistrā ieris: ego dexteram tenebo. si tu dexteram elegeris: ego ad sinistram pgam.

Questio. XII.

Vtrū descriptiones

vsus et vsufructus sint bone quibus dicitur. Usus est ius vtendi alienis rebus salua rerum substantia. Usufructus autē est ius vtendi et fruendi reb⁹ alienis: salua rerum substantia. Solutio questionis stat in octo suppositionibus: et duab⁹ conclusionibus: et sex argumentoꝝ solutionib⁹. p̄me quattuor suppositiones sunt p̄ambule ad primā conclusionē: alie quattuor ad secūdam conclusionem.

Prima suppositio

Usus capitur dupliciter. Uno modo p acta vtendi. et sic actualis equitatio equi: actualis inhabitatio domus: actualis comestio panis dicit̄ vsus: et illo modo vsus est res successiua: nec hoc modo capit̄ vt est hic diffinitum: sed hoc modo capitur hic: quando diffinit. id est quando ponit̄ in diffinitione vsus et vsufructus. et vsus talis dicitur vsus facti: put scz factum distinguitur contra ius. id est accipitur pro vsu qui est actus vel factum quoddaz. nō autē est ius actum agendi licet possit procedere ex illo iure. Alio modo capitur p ut idez est qđ ius exercēdi vsum p̄mo modo captum. et illud ius distinguit̄ ab actu vtendi: quia vnum potest esse sine altero. Nam cum quis nō vtitur aliqua re: cui⁹ tamen vsus est sibi concessus: nihilominus hab3 ius vtendi ea. et hoc secūdo modo vsus est res permanens. et est formaliter quedam relatio: sicut et ius est relatio: capiendo ius vt captum fuit in p̄ma questione: quo mō est genus ad vsum et vsufructum. et hoc modo capitur hic quādo diffinitur.

Secūda suppositio.

Capiendo vsū secūdo mō: capit̄ adhuc dupliciter. Uno modo acceptiōe iuridica fm quā ex sui ratione p̄scindit et excludit proprietatē a suo subiecto, ita q vsus id est ius vtendi aliqua re nō compatitur secum proprietatem et dn̄ium perfectum sup eandem rem in eodem subiecto. et hoc modo accipiunt vsum dn̄i legiste. q: fm eos nullus dicitur hr̄e vsum alicuius rei: nisi illa res sit aliena: sic q proprietas et dn̄ū ad alium spectent: et ratio est: quia ipsi accipiunt vsum, put sibi correspondet seruitus tanq̄ correlatio correspondens relationi sic q ex hoc q quis habet vsum alterius rei: correspondet sibi in illo seruitus quedam qua illa res sibi seruit. fm eos autez sua res nemini seruit. capiendo seruitutē eo modo quo ipsi accipiunt. et hoc modo capitur quando hic diffinitur. Alio modo nō ita stricta acceptione qualis est illa iuridica acceptio in doctrina legali vsitata: sed largiori fm quā nō excludit proprietatem seu dn̄ium p̄dicto mō: imo ip̄m cō patit̄. Nam si q̄s habeat proprietatez et p̄fectum dn̄ium alicuius rei: dicimus eū hr̄e ius vtendi illa re sua: et ita habere vsū captū p iure vtendi: imo videt̄ q etiam dn̄i legiste ponūt aliquem vsum in eo qui habet proprietatem rei loquen̄do de vsu causali. Nam licet formalis vsus prescindat a proprietate: nō tamen causalis. Probat̄ assū ptum. Nam vt patebit ipsi ponūt aliquē

vsufructum non p̄scindentem a ꝓprietate quem vocant vsufructum causalē qui est realiter ipsa ꝓprietas vel dominiū directū similiter aliquem vsufructum formalem prescindentem a ꝓprietate: vt patebit in sexta suppositione. igitur eadem ratione habent ponere duplicem vsum cum omnino sit eadem ratio ponendi vtrunq;: vt pateт intuenti rōnem ponendi.

Tertia suppositio.

Res quibus contingit homines vti: sūt duplices. quedam sunt quarum actualis vsus nō est earū consumptio: vt domus: equus: ager. Nam postq̄ quis ē vsus domo: equo: agro: vel securi: nōdum est res consumpta. sed adhuc manet: q̄uis diuturnus vsus illarum rerum disponat tandem ad consumptionem. Alie vero sunt res quarū actualis vsus est earundem cōsumptio vel cōiunctam habet statim consumptionem. Exemplū. sicut sunt res comestibiles ⁊ potabiles. Nam vsus earuз est earūdem comestio ⁊ bibitio. modo tales res comedere ⁊ bibere est easdem consumere. vel habet earum consumptioneз statim annexam. quia eis comestis ⁊ bibitis sequitur earūdem corruptio ⁊ transitus in aliam substantiā. Similiter est de pecunia. Nam vsus naturalis ⁊ p se ipsius pecunie est eiusdem distractio. est eniз finaliter adinuenta: vt sit medium quo fiant cōmutationes rerum humano vsui necessariarū: ⁊ ita finis eius est vt transferatur de vno in alium: que translatio est distractio. hec autem eius distractio ē pecunie consumptio: nō quidem essentialis vel substātialis. cum ipsa ī materia ⁊ forma permaneat longo tempore quantūcūq; distrahatur per multos: sed est eius cōsumptio quo ad habentem qui cum eam distrahat eam consumit quo ad se. quia amplius non retinet eius dn̄ium. Et dixi notanter eius vsus naturalis ⁊ per se est eius distractio. Nam eius vsus accidentaliter sibi cōueniens ad quē nō fuit inuēta: potest esse aliud quid q̄ distractio: puta si quis ad ostentationem ⁊ pompā vel gloriam exhibet eam oculis hominū: coram illis eam contrectando sine eius distractione: vtitur quidem illa pecunia sine eius cōsumptione: sed talis contrectatio nō est eius vsus per se in quem finaliter est adinuenta.

Quarta supposi-

tio. Capiendo vsum pro iure vtendi etiā in legali acceptione adhuc accipitur dupliciter. Uno modo ꝓprie: vt sic ad vsum requirit̄ q̄ res respectu cuius quis habet talem vsum: nō consumat̄ per eius actualem vsum: saltem statim. sic q̄ eius vsus actualis sit eius consumptio vel annexā habeat consumptionem de ꝓximo. Alio modo generalius: vt etiam se extendit ad improprium acceptionem. quo mō etiaз ius vtendi re cuius vsus est eius consumptio dicitur vsus.

Prima conclusio

Descriptio vsus est bona saluis trib⁹ circumstantijs. Prima scilicet q̄ capiatur vsus p iure vtendi: vt in pma suppositione. Secūda q̄ capiatur p tali iure p quali ipsum accipiunt dn̄i legiſte: vt in secunda suppositione. Tertia q̄ capiatur ꝓprie: vt in quarta suppositiōe. Probatur. quia cōuenit omni contento sub diffinito: ⁊ facit diffinitum differre a quolibet alio. ⁊ sic ō alijs conditionibus. Cum eñ pmo dicit̄ est ius ponit̄ eius genus. Jus eñ ē gen⁹ ad vsum vsufructum ⁊ ꝓprietatem: vt patuit in questione sexta: ⁊ latius patebit q̄stione sequenti. ⁊ per illud genus excluditur vsus captus p actu vtendi. Secūdo dicit̄ vtendi. Tertio dicitur rebus: in quibus duabus clausulis tāgitur duplex terminus diffiniti. cum eñ diffinitum sit relatio. quia est formaliter ius: ius autē est relatio: congruebat diffinitū describere p suum terminū. Jlle autem (loquendo de ꝓximo termino) est actualis vsus: sed res circa quā talis actualis vsus exercetur: est terminus eius remotus. vnde eo ipso q̄ quis habet vsum. id est ius vtendi aliqua re habet habitudinem que terminat̄ ad rē illam vt ad terminū remotū: ⁊ ad actualē vsum tanq̄ ad ꝓinquū. Unde in hoc q̄d dicitur vtendi excluditur ius quod habꝫ

creditor in pignore. talem enim eius ius nõ est ius vtendi pignore. immo si eo vtitur cõmittit furtum nisi crederet dñum permissurũ sed est ius illud detinẽdi. Quarto dicitur alienis. quia predicto modo capiendo nullus habet vsum rei ꝓprie: quia vsui ꝑdicto modo capto correspondet ꝑ correlatione ſuitus ipsius rei: ita ꝙ sicut habens vsum habet ius respectu rei: saltem quo ad actum vtendi exercendum circa eam: sic econtra rei tali inest seruitus correspondens ꝑdicto vsui. Modo sm dños legistas nulli res sua seruit. Unde sm eos in rebus reperitur duplex seruit⁹ scȝ ꝑsonalis ⁊ realis. Personalis est quãdo res seruit rei animate puta homini: vt cum habeo ius transeundi per agrum vel ortuȝ tuũ: ortus tuus seruit mihi. Realis autẽ est quãdo res inanimata seruit rei inanimate: vt ager agro: ꝑdiũ ꝑdio. Quinto dicit̃ salua rerũ substantia: quia vsus vt hic capit̃ est ius vtendi rebus quarum actualis vsus nõ est eaꝝ consumptio. ⁊ ꝑ ꝯsequens oportet ꝙ sit ius eis vtendi: salua eaꝝ substantia. Dictum est notanter in conclusione saluis tribus circumstantijs. quia secus accipiendo ꝙ̃ ille circũstãtie sonent: diffinitio nõ esset bona: vt probant quattuor sequentia argumenta.

Primo arguitur

Jlla diffinitio nõ conuenit actuali equitationi equi: que tamen etiam est vsus: igitur. Respõdetur nõ est vsus vt hic capit̃ sm ꝑmã circũstantiam scilicet pro iure.

Secũdo arguitur. Jlla diffinitio nõ conuenit iuri vtendi re ꝓpria: qđ tamen ius etiam est vsus. igitur. Respondetur nõ est vsus eo modo de quo dicit secũda circũstantia: ⁊ vt legiste capiunt

Tertio arguitur. Jlla diffinitio non conuenit iuri comedendi ⁊ bibendi res comestibiles et potabiles: quia illud ius nõ est ius vtendi illis: salua earũ substantia. ⁊ tamen ius eis vtendi est vsus. Respõdet̃ nõ est vsus quo mõ legiste accipiũt: vt hic diffinitur.

Quarto arguitur. Usus pecũie nõ est vsus: vt hic diffinitur: ⁊ tamẽ diffinitio iam posita sibi cõuenit: igit̃ diffinitio conuenit alteri a diffinito. Maior ꝓbat̃. quia vsus vt hic diffinitur: tñ cõmittit circa res quaꝝ vsus nõ est earum consumptio. Usus autẽ pecunie est eius cõsumptio. igitur. Minor ꝓbatur. Si habeã ius pecunias tuas contrectandi in oculis hoim ad pompam vł ostentationem: eo ꝙ eas mihi locasti. iam habeo ius vtendi reb⁹ illis alienis salua rerũ illarum substantia. Dicendũ maior est vera de naturali vsu pecunie ad quem est per se ordinata que est distractio. ⁊ de tali vsu minor est falsa: quia tali conuenit diffinitio ꝑdicta. Nam talis vsus est e⁹ consumptio. Si aũt loquimur de actuali vsu pecunie: maior est falsa: ⁊ minor vera. Sed ꝓ secũda conclusione ponenda sequunt̃ alie quattuor suppositiões. est ꝗ

Quinta suppositio.

sicut vsus fuit acceptus dupliciter: vt in ꝑma suppositione: ita etiaȝ vsufructus. Nam ꝑmo capitur ꝓ actu vtendi ⁊ fruendi reb⁹. ⁊ sic capitur quãdo ponit̃ in diffinitione. Alio modo ꝓ iure vtendi ⁊ fruendi. ⁊ sic capitur quando ponit̃ ꝓ diffinito.

Sexta suppositio.

Sicut vsus captus ꝓ iure vtendi fuit acceptus dupliciter: vt in secũda suppositione: ita etiam vsufructus. Nam aliquãdo capitur ꝓut prescindit a ꝓprietate. ⁊ sic nullus habet vsufructum alicuius rei cuius ipse idem habet ꝓprietatem. sed oportet ꝙ ꝓprietas illius rei sit alterius. Unde sm dños iuristas si habeo vsufructum alicuius rei: vt viridarij: si postea perueniat ꝓprietas eiusdem rei scȝ viridarij ad me: expirat vsufructus. ⁊ hoc modo capitur hic ⁊ ille vsufructus vocatur formalis ⁊ aliquando dicit̃ pars dñij: eo ꝙ vsufructuarius loco dñi habeatur. quia fructus ei tã ꝙ̃ dño acquirunt̃: sed in veritate non est pars dominij sm Hostiensem. Alio modo prout nõ prescindit a proprietate. quo modo diceremus (etiam sm dominos iuristas) habentem ꝓprietatem alicuius rei

etiam habere vsufructum eiusdem. quia potest eadem vti et etiam frui: et ille ab eis dicitur causalis. quod intelligi potest sic. quia habens proprietatem alicuius rei: habet eo ipso etiam virtualiter vsufructum quia potest ratione proprietatis eius transfundere in alterum ius vtendi et fruendi illa re.

Septima suppositio.

Et hic nō capiuntur actus vtendi et fruendi illo modo quo in primo sententiarum. distin. prima capiunt quomō sunt actus voluntatis eliciti quibus voluntas amando inheret alicui rei scilicet vel propter alterum qualis est actus vtendi: vel propter se: qualis est fruitio. Alioqn nullus homo diceretur habere ius fruendi quacūqꝫ creatura. quia nullus homo habet ius diligendi aliquā creaturā propter semet ipsam cum peruersissimū sit frui creaturis sic capiendo frui. et per consequens nullus habet ius id agendi. sed capiunt hic pro actibus etiam exterioribus qui nati sunt exerceri circa aliquas res. et illo modo actus vtendi et fruendi differunt. quia tūc dicitur quis in proposito posse vti aliqua re quando actum natum exerceri circa eam exercere potest dūtaxat in sui vtilitatē. seu vtilitatem illius rei in se solum cōuertere. Sed tunc dicitur frui eadem quando nō tm̄ illum actum exercere potest circa eam in sui vtilitatem: sed etiam potest vtilitates eiusdem cōuertere in alterum. exempla autem postea patebunt de sup.

Octaua suppositio.

Sicut vsus captus pro iure vtendi etiam prscindente a proprietate fuit captus dupliciter: vt in qrta suppositione: ita etiā vsufructus captus pro iure vtendi et fruendi etiam prescindēte a proprietate. Nam capitur aliquādo proprie. et sic nō consistit nisi in rebus quarum vsus nō est earundem consumptio. et ille vsufructus vocatur verus et de illo hic loquimur. vnde constituitur in fundo rustico et vrbano in edibus et seruis et iumentis et ceteris rebus etiam sterilibus. Alio modo improprie. put etiam ius vtendi et fruendi rebus quarū vsus ē earum consumptio dicatur vsufructus. et sic nō capitur hic. et ille dicit quasi verus Unde vtilitatis causa receptū est vt etiam in his que vsu consumūtur constitui possit vsufructus quasi verus: vt in pecunia: vino: oleo: frumento: et in similibus.

Secūda cōclusio

Descriptio vsufructus est etiam bona si saluentur tres circumstantie. Prima. qꝫ capiatur hic vsufructus pro iure: vt in qnta suppositione. Secūda. qꝫ capiatur pro tali pro quali dn̄i legiste ipm accipiunt vt in sexta suppositione. Tertia qꝫ capiatur proprie vt in octaua suppositiōe. Probatur. quia cōuenit omni contento etc. vt supra. Cum enim dicitur primo. est ius: ponitur eius genus. vt supra. et in hoc qꝫ vltra vtendi ponitur etiam fruendi. distinguitur vsufructus ab vsu. quia vsus ex sui ratione non hꝫ in se qꝫ sit ius fruendi. sed vsufructus ex sui ratione habet qꝫ sit tam ius vtēdi q̄ꝫ fruendi rebus quarū quis habet vsufructum. Et hec differentia vsus et vsufructus declaratur tribus exemplis. Primum si tm̄ vsus viridarij sit tibi relictus: rosas et flores viridarij poteris carpere ad vsum tuū: sꝫ alteri nō poteris vendere aut donare. Sed si vsufructus sit tibi relictus: poteris rosas et flores alteri donare vendere et etiam ad vsum tuū retinere. Secūdū si in aliquo orto sit tibi legatus tm̄ vsus: poteris quidem vti oleribus orti ad tuū vsum quotidianum: non autem vltra q̄ꝫ tibi necessariuꝫ sit capere nec alteri de oleribus illius orti vendere vel donare. sed si quis tibi concessit vsufructum orti: poteris vti illis oleribus pro te et etiam alijs vendere et donare. Tertium exemplum Si tibi concessi vsum gregis mei: poteris quidem grege meo vti ad stercorizandum tm̄: sic qꝫ nō poteris capere lac: lanā vel fetum gregis: imo nec poteris stercorizare nisi agrum tuum. Sed si tibi concessi vsufructum gregis mei: poteris non solū stercorizare agrum tuū: sed etiaꝫ alterius et nō tm̄ stercorizare: sed etiam capere lanam: lac gregis mei: et nō tm̄ pro te sed etiam alteri illa vendere vel donare et non

tm̄ lac ꝛ lanam: sed etiam fetum gregis. quia in iumentis ꝛ pecudibus ꝛ generaliter in quolibet animali irrationali fetus computatur in fructum. secus autem in animali rationali: puta in ancillis. Nam fetus vel partus ancille nō pertinet ad vsufructuarium: adeo ꝙ si tibi concessi vsufructum ancille: nō ob id poteris partū eius capere: siue ꝑ te siue illum alteri donando vel vendendo: licet possis operas ancille cōuertere in tuam vtilitatem atq; aliis illas operas concedere locando. Et ratio diuersitatis est inter animalia rationalia ꝛ irrationalia. quia natura extimauit absurdum ꝙ homo deberet esse in fructu id est computari ꝓ fructu. vel dici fructus cum natura omnes fructus gratia hominis comparauit. hec tamen ratio nō militaret apud theologos cum etiam christus dicatur fructus ventris beate virginis.

Tertio dicitur alienis. quia nullus habet vsufructū rei ꝓprie: vt hic capitur: vt patz ex dictis in ꝑma conclusione. Quarto dicitur salua rerū substantia. quia in rebus vsu consumptibilibus nunq̄ constituitur vsufructus ꝓprie captus: nec debet illa vltima clausula sic intelligi: salua rerū substantia. id est prestita cautione de saluanda substantia: quasi cautio sit de ratione ꝛ descriptione vsufructus. quia nō est de ratione vel quiditate vsufructus ꝙ prestetur cautio. Sed sic debet exponi ſm Hostien. id est dūmodo nō pereat substantia quasi diceret. ita debet vti ꝛ frui ꝙ nō consumat substātiam rei. vel si hoc nō placet exponatur sic. salua ꝛc. id est vsufructus consistit in rebus quarū vsus non est earum consumptio. Et si queras. vbi est subiectiue illa entitas que vocatur vsufructus Respondetur est in ipso homine vsufructuario. nam est in illo quod denoīatur ꝑ eam: sicut relatio est in suo fundamēto vel subiecto. Et si dicatur vsufructus est ius in corpore quo sublato etiaz ipm tolli necesse est: vt. ff. eo. l. j. ꝛ institu. eo. in ꝓncl. ꝛ per corpus intelligit res ipsa cuius vel circa quā quis habet vsufructum. Respondetur. non debet intelligi ꝙ sit formaliter ꝛ inhesiue in tali re. quia tunc esset in duobus subiectis. quia iā ꝓbatum est ꝙ sit in vsufructuario. Itē nō denoīat ipsam rē circa quam vsufructus habetur. igitur.

Contra istam descriptionem arguitur tm̄ dupliciter ꝗuis obiici posset ꝯsimilibus argumentis illis quibus obiectum fuit contra diffinitionem vsus: quoꝝ solutiones etiam similiter paterēt ex suppositionibus.

Primo arguitur sic. Ex descriptione vsufructus sequitur ꝙ vsus posset vniuersaliter predicari de vsufructu: vt illa sit vera. omnis vsufructus est vsus. quia descriptio vsus potest vniuersaliter predicari de descriptiōe vsufructus. Nam illa est vera. omne ius vtendi ꝛ fruendi alienis rebus salua rerum substantia est ius vtendi alienis rebus salua rerum substantia. consequens autē est incōueniens: quia vsus ꝛ vsufructus distinguuntur ꝛ differūt. Dicendum ꝙ vsus etiam captus vt ꝑus descriptus est capitur vel consideratur dupliciter. Uno modo sine ꝓcisione vel exclusione fructus. ꝛ sic ꝓe ꝛ vniuersaliter ꝑdicatur de vsufructu: vt probat argumentum: nec hoc modo capiendo vsum differt vsus ab vsufructu: vt species a specie: vel disperatuz a disperato: sed tm̄ vt genus a sua specie. qꝛ tunc vsus est genus ad vsufructum: sicut animal ad hominē: vnde tunc vsufructus includit vsum sicut homo includit animal. ideo omnis habens vsufructuz alicuius rei. habet etiā vsum eiusdem. Et huic cōcordat quod dicunt dn̄i iuriste dicentes. Si alicui legatur vsufructus deducto vsu: nihil valet legatuz. quia verba repugnātia reperiuntur in legato. Ista autem repugnantia non est ex alio nisi qꝛ de necessitate sequitur. Ille habet vsufructum: ergo habet vsum. veruntamen (sicut ipsi dicunt) si aliquis simpliciter legauit vsufructum: ꝛ postea ademit vsum: valet legatū quia habuit bonū initium: sed tamen ademptio dicitur nulla. Alio modo consideratur vel capitur cum exclusione seu precisione fructus: ita ꝙ vsus est tm̄ vsus id est est ius tm̄ vtendi reb⁹ ꝛc. ꝛ sic distinguitur ab vsufructu adeo: ꝙ vnum non vere ꝑdicatur de alio: quia si tunc diceretur

vsufructus est vsus: sensus eet. vsufructus est tm̃ vsus. id est. est ius tm̃ vtendi et p consequens non fruendi. et sic vsufructus non esset vsufructus quod implicat. sicut si aı̄al caperetur pro illo quod tm̃ habet animam sensitiuam: non vere diceretur de homine nec ecōtra homo de animali. Et vsus hoc modo captus vocatur a dn̄is iuristis vsus nudus: nō per denudationem a iure vtendi sed p denudationē a iure fruendi.

Secūdo arguitur

Illa descriptio conuenit dn̄io vtili: sed dominiū vtile distinguitur ab vsufructu. igit conuenit alteri a diffinito. Maior pbatur. quia dn̄ium vtile est ius vtendi et fruendi alienis rebus. salua earum substātia. Probatur exemplariter per singulas clausulas Nam dicimus emphiteotam habere dominiū vtile illius terrule quam accepit in emphiteosim: et in eo q habet eius dn̄ium vtile habet ius vtendi illa terrula atq fruendi. quia fructus eiusdem terrule potest capere in sui vtilitatem et cum hoc eosdem put voluerit distrahere vendendo vel donando. Item etiam terrula talis est dicenda res aliena respectu ipsius: quia non est sua per pprietatem: quia tunc haberet dn̄ium directum eiusdem: qd̄ ē falsum. quia illud manet apud dn̄m. Similiter illa terrula salua manet in substantia quando ea vtitur vel fruitur. Minor autem probatur. q nemo dicit vsufructuarium esse dn̄m rei cuius habet vsufructum. et tamen si esset idem cum dn̄io vtili: ipse diceretur etiam dominus rei. Item qui est dn̄s vel habet dn̄ium rei potest eandem rem in substantia vendere et distrahere. Modo vsufructuarius nū q potest rem ipsam in substantia vendere vel donare. licet fructus eius possit vendere. immo etiam vsufructuarius non potest vendere ius suum scilicet ipsum vsufructū fm Hostieñ. Dicendum ad hoc argumē tum per duas solutiones. Prima est. negā do presuppositum q sit aliquod dn̄ium vtile in rerum natura. vnde non debet dici q emphiteota vel vasallus habeat dominiū vtile in re emphiteotica vel feudali: et sic nō conuenit diffinitio alteri a diffinito. Antecedens videtur fuisse illius quem Hostiensis vocat suum dn̄m. Nam Hostiensis in summa in titulo de feudis in capitulo qd̄ ius acquiratur vasallo: mouet inter alia talem questionem. vtrum vasallus habeat dominiū in re: saltem dn̄ium vtile. et arguit ibi q sic: postea in cōtrariū. tandem nō soluēdo argumenta pro vel contra: dicit. Quicquid tamē superius allegatum sit: satis videtur posse dici q habeat vtile dn̄ium. et addit dicens. Sed dn̄s meus dicit q vtile dominiū est chimera. Hec ille. Nec valet argumentum: vasallus habet vtilem actionem et tanq dn̄s posset rem quasi vendicare. igitur habet vtile dominiū. Datur enim instantia in eo cui datur publiciana. et tamen tali nec directum nec vtile dominium cōuenit. vide ibidem. hec de prima solutione. Ne tamen recedat a modo loquendi cōmuni ponentiū aliquod dn̄ium esse vtile tm̄: distinctum a directo et etiam ab vsufructu: posset poni secūda solutio per quam posset etiam dictum illius pme solutionis habere veritatem: et cum hoc dici q esset aliqua distinctio dn̄ij vtilis ab vsufructu. Diceret ergo sic. q si dn̄ium vtile dicat aliquod ius qd̄ intrinsece sit aliqd̄ aliud ius q sit vsufructus: sicut dicit quid aliud a dominio directo seu pprietate: tunc dominiū vtile nihil est. quia vtiq non apparet q illi de quibus dicere solemus q habeant non precise vsufructum: imo habeant vtile dominiū: puta emphiteota et vasallus habeant aliquod ius quod intrinsece sit et quiditatiue aliud ius q haberent si essent vsufructuarij. Habēt em̄ ius vtendi et fruendi re emphiteotica et feudali et nō plus. quia nō pprietatem. et hoc idem intrinsece et non amplius (quantū est de intrinseca ratione) haberent si essent tm̄ vsufructuarij in illis rebus. Si igitur dn̄ium vtile debet esse aliquid: tunc illud dominiū est improprie dictum dn̄ium: ita q intrinsece nihil est vltra vsufructum. sed in extrinsecis circūstantijs bene distinguit ab vsufructu. Hee autem circumstantie multe sunt fm q dominium vtile multipliciter reperitur et diuersis modis in vasallis et etiā in emphiteotis. Una autem circūstantia diuersificans est. Nam tunc illud ius dr̄ pprie loqndo dn̄ium vtile

quando habens ipsum potest non tm̄ vendere fructum illius rei ꝛ distrahere. sed etiam ipsum ius potest vendere quomō reperitur in emphiteota ꝛ vasallo: sed quando nō potest illud vendere sed solum fructus tunc retinet sibi nomen cōmune scꝫ vsufructus. Item dn̄ium vtile est diuturnius vsufructu. vnde in locatione longi tp̄is trāsfertur dn̄ium vtile in ꝯductorē. secus in locatione modici tēpis. put vult panor. in. c. ex lrīs. de iurepatronatus. sed illa nō arguūt distinctionē intrinsecā specificā sicut albedo diuturna nō distinguit̄ specie ab albedine vnius diei. Aliqñ etiam p taleꝫ circūstātiam extrinsecam distinguit̄. quia habens vtile dn̄ium habꝫ illud perpetuo vt in emphiteota ꝛ vasallo. vsufructuarius aūt ad tempus: sed nec hec extrinseca circūstantia distinguit vniuersaliter quia etiam possunt ambo illa iura esse tpalia ꝛ ambo etiam extendi ad heredes ꝛ esse perpetua: qꝛ vsufructus acquirit̄ ex ꝯcessione aliqñ tēpali aliqñ ꝑpetua. sic etiā emphiteoticū ius aliqñ acquirit̄ tpali concessione aliqñ perpetua. Et p hoc solueret̄ argumentū. Dicendum eñ ꝙ nō est incōueniens ꝙ cōueniat dn̄io vtili: quia illud est intrinsece idem cū vsufructu licꝫ extrinsece distinguat̄ ab eo. descriptiones aūt dant̄ ꝑm intrinseca. Item ꝙ dn̄ium vtile quale dicit̄ vasallus habere nihil iuris addit vltra vsufructū: quantuꝫ est de intrinseca rōne vsufructus. Posset etiā phicum ꝛ methaphisicū argumentum ad idē adduci: qꝛ tā dn̄iū vtile ꝙ̄ vsufruct⁹ nō sunt nisi relatiōes q̄dā fundate in hoīe in ordine ad aliquā rē vtilē. mō ille relationes hn̄t idē fundamentū ꝛ eundē terminū. igit̄ etiam ipse relationes sunt eedem. quia ex extremis solemus arguere distinctioneꝫ ꝛ identitatem relationū. Hoc tamen argumētuꝫ posset pati instantiam. qꝛ aliquādo inter eadem extrema reperiunt̄ distincte relationes etiam genere: vt distinctio ꝛ distantia inter a ꝛ b. quia ꝓma est intrinsecus adueniens: secūda nō. Aliter tamen etiam eoꝝ distinctio patere potest ex descriptione feudi quā dat Hostieñ. in titulo de feudis capl̄o ꝓmo: vbi sic dicit in secūda descp̄tio-ne. Feudū est illud beneficiū quod ex beniuolentia alicuius ita tradit̄ alicui ꝙ ꝓprietate eius rei q̄ in feudū dat̄: remanente apud dantem: vsus ꝛ vsufructus eiusdem rei ita ad accipientem transeat vt ad eū heredesqꝫ suos masculos ꝛ feminas: si de eis noīatim dictum fuerit: imppetuum pertineat ad h̄ vt ipse siue eius heredes: fideliter dn̄o seruiant: siue illud seruitium noīatim dictum fuerit a dn̄o quale esse debeat siue indeterminate sit ꝓmissum. Hec ille. Ex quibꝫ verbis patet ꝙ tantū supaddit aliqua extrinseca rationi vsufructus. Unde arguitur sic. In vasallum transfert̄ vsufructus quādo sibi conceditur feuduꝫ. igitur est vsufructuarius quantum est ex intrinseca ratione vsufructus: licꝫ aliqua superaddātur ꝓpter que accepit nomē vasalli relicto noīe vsufructuarij.

Questio. XIII.

Qualiter differūt ꝛ conueniūt vsus ꝛ vsufructus inter se. Respondetur ꝙ conueniūt triplici cōuenientia. Prima. Quia si vsus accipiatur put nō excludit vsufructum: vsus est genus ad vsufructum. ꝛ sic conueniunt sicut genus ꝛ species. Scd̄a. Quia sic accipiendo vsuꝫ sunt species eiusdem generis: subalternatim tamen posite. quia ambo continentur sub illo genere quod est ius quod ꝑdicat̄ de vtroqꝫ: ꝛ est in plus ad ea: vt in sequenti questione patebit. Tertia. quia si etiaꝫ accipiatur vt vsus prescindit a fructu conueniūt sicut due species eiusdem generis non de seinuicem predicabiles. Prima autem differentia est. quia capiendo vt in ꝓma cōuenientia differunt sicut genus ꝛ species. Secūda capiendo vt in secūda cōuenientia differūt sicut due species subalternatim posite. Tertia. quia capiendo vt in tertia cōuenientia: differunt sicut due species nō de seinuicem predicabiles. Quarta auteꝫ eoꝝ differentia patuit in secunda conclusione per tria exempla.

Et si queras qualiter se hn̄t p ꝯuenientiā ꝛ differentiā vsus ꝛ vsufructus ad illa q̄ttuor scꝫ ad ius dn̄ij ꝓprietatē ꝛ possessionē. Rn̄det̄ p quattuor

dicta sicuti questio querit ḋ q̄ttuor. Primū. vsus ⁊ vsufruct⁹ habent se ad ius sicut species ad suū gen⁹. ꝓbatur Nam ius de vtroq; eorū quidditatiue p̄dicat̄ non conuertibiliter. est etiā in plus q̄ sit vsus vel vsufruct⁹. p̄dicatur etiā de alijs q̄ de illis q; etiam de ꝓprietate ⁊ possessione vt patebit. quid aūt sit ius patuit q̄stione prima.

Scōm dictū. vsus ⁊ vsufructus habēt se eodem modo ad dominiū sicut ad ius ⁊ hoc capiēdo dominiū generaliter. si aūt capiatur stricte habēt se ad dominiū sicut se habent ad ꝓprietatem. Prima pars dicti ꝓbatur. Nam si capiat̄ dominiū generaliter: cōuertitur cū iure. ⁊ q̄ aliquādo possit sic accipi ꝓbatum est in q̄stione prima. ⁊ h̄ modo vsus ⁊ vsufructus essent species dominij sicut iuris. ⁊ etiam hoc modo capiēdo dominiū fuit dominiū diuisū in dominiū imperfectum qḋ cōp̄hendebat vsum et vsufructum. ⁊ in dominiū ꝑfectum. qḋ cōp̄hendebat ꝓprietatē: vt patuit. q. xj. Secūda pars dicti ꝓbatur: quia stricte capiēdo dominiū idē est qḋ ius simpliciter dictum: qḋ ille habet in aliqua re qui habet in ea simpliciter ius adeo q̄ potest eā alienare: distrahere: vendēdo: donādo destruendo ⁊ ꝯsumendo. ⁊ tale ius est ꝓprietas. ideo dominiū stricte captū est idem qḋ ꝓprietas. ideo sicut se habent vsus ⁊ vsufructus ad ꝓprietatem (que habitudo iam explanabit̄) ita se habent ad dominiū.

Tertium dictū. vsus ⁊ vsufructus se habēt ad ꝓprietatem. ⁊ ecōtra sicut species distincte non subalternatim posite sub eodem genere: qḋ etiam vniuoce de eis predicatur: lȝ ſm ꝑfectius ⁊ imperfectius. Probat̄. nam omnia illa tria sūt species iuris. ius enim diuidit̄ ⁊ descendit in ea: sicut in suas species. ⁊ hoc tali modo. Nam ius (vt h̄ accipimus: sicut ⁊ diffinitū fuit q̄stione p̄ma) sic diuidit̄. quoddā est ius ſm quid vel imꝑfectum. ⁊ quoddam est ius simpliciter dictum ⁊ ꝑfectum. Primū dicit̄ illud qḋ sic se habet q̄ habens ipm non habet facultatem p̄cise in rem ipam quo ad sui substantiam: adeo q̄ nec potest illam rem ꝯsumere: nec distrahere vendēdo: donando. ⁊ sic de alijs. sed tñ habet ius in vsum ip̄i⁹ rei: sic q̄ vtilitatem eiusdē pōt capere. ⁊ illud ius habet illas duas species. scȝ vsū. ⁊ vsufructū. Scōm autē dicit̄ illud qḋ sic se habet q̄ habens ipm habet facultatē etiam in rem ipam quo ad eius substantiā. adeo q̄ potest illam rem cōsumere vel distrahere: eam vēdendo ⁊ donando alteri. ⁊ illud vocatur ꝓprietas. ⁊ cuilibet illoꝝ cōuenit descriptio iuris ⁊ vniuoce de eis p̄dicatur. ⁊ hoc ſm ꝑfectum ⁊ imꝑfectum. q; primum est ius imꝑfectum. scōm autē est ꝑfectum. he etiam tres species sic se habent q̄ nō reperiunt̄ in eodē subiecto respectu eiusdē rei eo q̄ null⁹ idem habens ꝓprietatem alicuius rei habet eiusdē rei vsum vel vsufructum loquendo de vsu ⁊ vsufructu formali.

Quartū dictū. vsus ⁊ vsufruct⁹ se habent ad possessionē: etiam sicut species distincte: non subalternatim posite sub eodē genere. Nam omnia illa tria sūt species iuris. ponit̄ enī in descriptionib; omniū illorum triū vt patuit de primis duabus ⁊ de possessione patebit i sequēti q̄stione. Unū ⁊ possessio est quoddam ius. qui enī iuste possidet aliquā rem: habet ius aliquale in illa re scȝ ius eam detinendi.

Questio. XIIII.

Utrū descriptiones ꝓprietatis ac possessionis sint bñ posite quibus dicit̄. Proprietas ē dominium rei iustis modis quesitū. Possessio est corporalis rei detentio: corporis ⁊ animi: iuris adminiculo īteruenīēte. Solutio stat in trib; ꝯclusionib; ⁊ octo argumentoꝝ solutionib;.

Prima ꝯclusio. Diffinitio ꝓprietatis nō esset bona: si caperet̄ dominiū generaliter vt scȝ conuertit̄ cum iure. q; tunc cōueniret etiā vsui ⁊ vsufructui. nam vtrunq; illoꝝ eēt h̄ modo dominiū. id est ius rei iustis modis q̄situ: ⁊ tñ nec vsus nec vsufruct⁹ ē ꝓprietas

Scḋa cōclusio. Descriptio ꝓprietatis eēt bona si caperet̄ dominiū stricte pro eo dominio atq; iure quod ē simpliciter ius in re. Nam nullus habet simpliciter ius in re nisi habeat ꝓprietatem in ea: ⁊ tūc excluderet̄ vsus ⁊ vsufruct⁹: q; neutrū est ius simpliciter in re: sed solū est ius ſm quid scȝ ad vtendū vel fruendū re. Unde vsuari⁹ ⁊ vsufructuari⁹ non dicunt̄ domini rei in qua habent vsum vel vsufructū: saltē stricte loquēdo. Cōtra diffinitiōē

Primo ꝓprietatis.
arguit. vsurari⁹ habet ꝓ prietatē in incremēto vsurario: et tamē illi ꝓprietati nō ꝯuenit pdicta diffinitio. q: nō iust⁹ modis acq̄siuit eā. igit. Maior ꝓbat dupliciter. Primo q: plurimi doctores tenent ꝙ dominiū vsure trāsfert in vsurariū. Scdo ptz ex eo ꝙ vsurari⁹ pōt rem acq̄sitam p vsurariū mutuū vēdere: permutare aut al's alienare dūmodo non faciat se impotentē ad restitutionē: al's sequeret ꝙ nō possemus talib⁹ aliq̄ vendere puta pānos predia ꝛ hmōi. Dicendū maior est vera apud aliq̄s tam iuristas q̄ȝ theologos. ȝ de h alibi: ꝛ sequēdo tales argumētū ꝓbaret descriptionē nō esse validā. ȝ q: multi tenēt ꝯtrariū maioris. ideo sequēdo tales argumentū non ꝓbat ꝓpositū. q: maior negat cū suis auctorib⁹. Ad ꝓbationē dicendū ꝙ nō sequit ille pōt illaȝ rem alienare. igit habet ꝓprietatē in ea. Nā in aliq̄b⁹ casibus etiā raptor pōt alienare rem raptā vt pecuniā raptā dādo eā in elemosynā. Vñ Alexāder in q̄rta pte sūme. q. xx. membro scdo ait. De pecunia habita p vsurā vl' furtū pōt fieri elemosyna si raptor vel vsurarius ꝑponat restituere equipollētē ꝛ habeat vnde restituat. vt si dando nō reddat se impotētē ad restituendū. hec ille. ꝛ tñ etiā fur nō habet ꝓprietatē in re furtiua nec raptor. Preterea etiā illos sequendo diceretur ꝙ vsurari⁹ nō pōt rem vsurariā alienare regulariter loquēdo sicut nec fur. sed de hoc lati⁹ ꝑ.tebit. q. lxix.

Scdo arguit. meretrix habet ꝓprietatē in p̄cio meretricij: ꝛ tñ descriptio non ꝯuenit illi ei⁹ ꝓprietati. q: non iust⁹ modis quesiuit eam. q: p peccatū. Rñdet lȝ meretrix acq̄siuerit ꝓprietatem precij p actuȝ iniustum scȝ per fornicationē: non tamē p acceptionē iniustam. h ē: accipiendo preciuȝ non peccauit: lȝ id ꝓ quo accepit fuerit iniustum. sufficit igitur ad saluandā diffinitionem ꝙ dominiū sit acquisitū acceptōe que nō sit iniusta seu cui acceptioni nō resistit lex. ꝛ sic est in acceptione precij meretricij. quia acceptioni non resistit lex diuina nec humana: lȝ fornicationi ꝓ qua accepit resistat lex diuina. Contrariū est in vsurario. nam actui ꝓ quo accipit scȝ actui mutuandi non resistit lex. quia non ꝓhibetur aliquis mutuare proximo. imo cōsulitur atq̄ȝ incerto casu p̄cipitur: sed acceptioni incrementi ꝓ codeȝ actu resistit lex diuina ꝓhibens receptionem. ideo nimirū ꝙ nō cōquirat vsurarius ꝓprietatem in incremēto. Unde si requireret ad ꝓprietatem ꝙ nō solum acceptio rei esset iusta. sed etiā omnes actus preuij essent iusti: sequeret ꝙ mercatores vendētes dieb⁹ ꝓhibitis merces: nō acquirerēt ꝓprietatē in precio earūdē: etiā quātūcūq̄ȝ moderatū acciperent: eo ꝙ mediante peccato acquirūt illō. Idem sequeret de eisdeȝ q̄n cum mendacijs ꝛ piurijs venderēt etiā ꝓ moderato ꝛ iusto p̄cio.

Tertio arguit. in descriptione est nugatio. quia in rōne dominij includit ꝙ iustis modis cōueniat ei cui conuenit. quia in descriptione dominij etiaȝ generaliter capti dicit: est facultas ꝓpinqua assumēdi res ꝰm iura vel leges rationabiliter institutas. Iteȝ in descriptiōe iuris est facultas ꝓpinqua cōueniēs alicui ꝰm dictamen prime iusticie. Dicēduȝ ꝙ illa clausula ponit ad maiorē explicationeȝ nec illa additio inducit nugationē q̄n tollat p illā regulā. Equales geminis ꝛc.

Tertia conclusio. descriptio possessionis posita videt aliq̄liter bona. probatur p conditōes bone descriptionis: soluēdo argumenta possibilia contra eam fieri. ꝛ declaratur per singulas clausulas. Primo eni dicit detētio: q̄ ponitur loco generis: ꝛ hoc cōgrue. q: ꝰm iura possessio dicit quasi pedum sessio vl' positio. Secūdo dicit corꝑis et animi. id ē illa detentio non debet tm̄ fieri corpore ȝ etiam animo. ꝛ ecōtra. nam si corporaliter rem aliquā cōprehenderē: si nō id agerem ex animo volendi eam possidere: non esset illa detentio dicēda possessio. Vñ animalia irrationalia eo ꝙ animū possidendi nō habēt: nō acquirūt possessionē rei nec dormiētes: nec furiosi acq̄rere possunt possessionem: lȝ acquisitā per eos tēpore quo ratione vtebant retineant. Similiter ecōtra si rem aliquā apprehēderē solo animo: puta q̄ȝtū in me esset vellē eā tenere: nec tamē corporali actu eam contingerem nec contigissem per me vl' p alium: modo quo nata est acquiri possessio: non dicerer illaȝ rem possidere vel acq̄sisse possessionem. Ter-

tio dicit rei corporalis. quia ſm dños iu-
riſtas incorporalia non poſſidentꝰ niſi ge-
neraliter vel large loquẽdo: ſed quaſi poſ-
ſidentꝰ. Exemplũ vt ius ꝑcipiendi annuũ
cenſum vel redditũ eſt quid incorporale.
Quarto dicitꝰ iuris adminiculo iteruenẽ-
te. quia ꝗuis aliqꝗs inſiſteret alicui rei cor-
pore ꝛ animo: ſi tamẽ non habet iuris ad-
miniculũ: ſic ꝙ habeat ius ei ſic inſiſtendi
non dicitꝰ poſſidere. Unde ſi ius ei obuiet
vel non aſſit: non dicetꝰ poſſidere. ꝛ hoc ali-
quãdo eſt ꝓpter rem ipaz: vt ſi res ipa ſit ſa-
cra. hec enim nec ab ignorãte nec a ſciente
poſſidetꝰ. Cõtra illã deſcriptionẽ quam
ponit dñs Hoſtienſis ꝛ fuit data ꝑ Azonẽ.

Primo arguitꝰ ſic. predia vocantꝰ
poſſeſſiões. ꝛ tñ illis nõ
cõuenit illa diffinitio. qꝛ nõ ſunt detentio-
nes rei corporalis. qꝛ ſunt met res corpo-
rales detente ꝛc. Rñdetur poſſeſſio aliqñ
capitꝰ materialiter ꝓ materia circa quã ver-
ſatur poſſeſſio. ſcꝫ ꝓ re poſſeſſa. ꝛ hoc mo-
do ꝑdia ſunt poſſeſſiones. ſed ſic nõ diffi-
nitur hic. Alio modo formaliter ꝓ quodã
iure qđ quis hꝫ circa ꝑdia vꝉ alias res cor-
porales. ꝛ ſic diffinitur hic.

Scđo arguitꝰ. ſi poſſeſſio eſt quedã
ſpecies iuris vt iam ꝛ in ꝑce-
dẽti ꝗſtione dictũ eſt. igitꝰ ꝓ ſuo genere de-
bet poni ius. non igitꝰ detentio. Rñdetur ĩ
deſcriptione formali debet poni genus ꝓ
prima ꝑte diffinitionis. ſed in cauſali non
oportet. hic autẽ eſt deſcriptio cauſalis ſeu
ꝑdicatio cauſalis cum dicitꝰ eſt detentio. et
reſolui debet in formalẽ hoc modo. id ẽ eſt
ius quoddã qđ acquiritꝰ ꝑ detentionẽ: ꝛ il-
lud ius derelinquitꝰ in detinẽte ꝑdicto mo-
do: etiam ceſſante corporali detentione. ꝙ
enĩ nõ ſit formalis ꝑdicatio: ꝓbatur. quia
tunc ceſſante detentione fienda corpore et
animo: ceſſaret poſſeſſio. ſicut ceſſante ani-
mali ceſſat homo. conſequẽs eſt falſum. qꝛ
poſtꝗ̃ accepi poſſeſſionẽ domꝰ ꝑ corpora-
lem actum etiã animo factũ circa domũ: ſi
poſtea corporaliter eidem nõ inſiſtam: nõ
ideo perdidi poſſeſſionẽ. imo adhuc dicor
habere poſſeſſionẽ vel eſſe in poſſeſſione
domus. alꝛs quis infinities perderet et re-
acquireret poſſeſſionẽ eiuſdẽ rei. Ex autẽ
formali ꝑdicatione ſit quoddam ius: oſtẽ-
dũt alie deſcriptiones poſſeſſiõis ab aliqꝗs
date. Scđa ergo eſt quã dedit Johẽs
dicens. poſſeſſio eſt ius quoddã rem reti-
nendi ſibi. Tertia quã dedit Azo in pri-
mis annis ſtudij ſui eſt: ius quoddã ꝗ ꝗs
rem corporalem vere vel interꝑtatiue ſibi
habeat. Quarta quã dedit Jacobus đ
Aretio eſt ius quoddã queſitũ ex corpora-
lis rei apprehẽſione corpore ꝛ animo ꝛ iuris
adminiculo concedente. Quinta ẽ Bar.
ꝛ eſt ius inſiſtẽdi rei non ꝓhibite poſſide-
ri. Et ĩ hoc quod dicitꝰ inſiſtẽdi. diſtinguitꝰ
poſſeſſio a dominio ꝛ ab vſufructu. Nam
dominiũ eſt ius vendicandi ꝛ diſponendi
de re ad libitũ. Similiter per ħ diſtingui-
tur ab vſufructu. quia ille eſt ius vtendi ꝛ
fruendi. Inter illas autẽ deſcriptiones
prima eſt cauſalis ꝛ exprimit modum per
quẽ diffinitũ acquiritꝰ. non autẽ dicit quid
formaliter ſit. Alie autẽ ſunt formales di-
cẽtes quid ſit formaliter ꝛ quiditatiue poſ-
ſeſſio. quia dicũt ꝙ ſit quoddã ius. Et ꝗr-
ta ex illis dicit tñ in generali ꝗd ſit forma-
liter poſſeſſio: quia dicit tantũmodo ipã
eſſe ius ꝛ vnde cauſetꝰ. ſed nõ dicit effectũ
illius iuris qui effectus eſt terminꝰ in quẽ
terminatꝰ ius: ſicut relatio terminatꝰ in ſuũ
terminũ. ſed alie quattuor etiã exprimunt
effectũ ꝛ terminũ eius. quia illđ ius habet
ꝓ effectu et termino: ħ ꝙ eſt inſiſtere rei: lꝫ
non exprimant oĩes effectus eiuſdẽ. Eſt
enĩ alius effectus illiꝰ iuris: ſcꝫ poſſeſſiõis
ꝙ ipm natũ eſt inducere acquiſitionẽ do-
minij. ꝛ eorũ que ex eo ſequuntꝰ. Item aliꝰ
ꝛ tertius eſt ꝙ ipm natũ eſt ꝓducere inter-
dictum qđ ꝓ recuperanda poſſeſſione da-
ri cõſueuit. Illos igitꝰ effectus ſimul acci-
piendo poſſet dari talis deſcriptio ꝗ dice-
ret formalem rationẽ ꝛ quiditatiuã poſſeſ-
ſionis vna cũ cauſa ꝑ quã cauſatur ꝛ cum
effectibꝰ ꝓcedẽtibꝰ ab ipa poſſeſſione. ꝛ di-
ceretꝰ ſic. eſt ius rem corporalem habendi:
retinendi ac eidẽ inſiſtendi: natũ inducere
acquiſitionẽ dominij ꝛ eorũ que ex eo ſe-
quuntꝰ: natum etiã ꝓducere quoddã inter-
dictum qđ ius acquiritꝰ ꝑ detentionẽ cor-
pore ꝛ animo factam iuris adminiculo cõ-
currente. Et non dico ſpecifice quale in-
terdictũ introducat. qꝛ tunc oporteret ad-
dere qđ ꝓ recuperanda poſſeſſiõe dare cõ-
ſueuit. ꝛ ſic nomẽ diffiniti poneretꝰ in diffi-
nitione qđ eſſe non debet ꝗ defectus eſt in

quinta diffinitõe q̃ fuit Bart. Dixi aũt notãter in ↄclusione tertia ꝙ illa descriptio est aliqualiter bona: non autẽ omnimode quia lꝫ dicat quomodo causetur non tamen expresse dicit quid sit formaliter. ꝛ dato ꝙ implicite velit ꝙ sit ius causatũ ex ipa detentione: tñ non dicit qui sint effectus vel act⁹ illi⁹ iuris ꝑ quos h̃ ius distingueretur ab aliis specieb⁹ iuris: ideo nõ est omnino bona. sꝫ ẽ q̃dã notificatio. Vñ peritissimi nesciuerũt diffinire eaꝫ. vt dicit glosa quedam iuris ciuilis. Unde ꝛ oĩs diffinitio ĩ iure ꝑiculosa ẽ vt dicit iurisconsult⁹.

Tertio arguitur. si descriptio eẽt bona: sequeret ꝙ cum cessarem a detentiõe corporali alicu⁹ rei mee desineret possessio mea eiusdẽ rei. ↄsequẽs est falsum. sequela tamen patet. quia cessãte genere diffiniti cessat diffinitũ. falsitas cõsequẽtis patet. qꝛ tunc quotiẽs recederẽ corporaliter ab agris meis. perderẽ eorũdem possessionẽ. Scdõ ꝓbatur eadẽ falsitas. Nam ẽm dños iuristas possessio ciuilis solo animo retinet: etiã cessante corporali apprehẽsione. Patet itaq̃ solutio ad hoc argumentũ. qꝛ ꝓbaret ꝓpositũ suũ: si diffinitio intelligeret ꝑ ꝑdicationẽ formalem: non autẽ si ꝑ ꝑdicationẽ causalẽ. Naꝫ in descriptione vel ꝑdicatiõe causali non oportet ꝙ cessante ꝑdicato cesset subiectũ vt si dicaꝫ. vox ẽst repercussio aeris ꝛc. Naꝫ ipa vox aliq̃diu manet: cessante repercussione aeris ꝛc.

Quarto arguit. fur ꝛ raptor habent possessionẽ rei furate ꝛ rapte. et tamẽ tali possessioni cõuenit diffinitio illa. igit est mala. Maior ꝓbatur. quia si iste cuius fuit res rapta vel furata: ꝓpria auctoritate vi accipiat eam de manib⁹ furis vel raptoris: furi vel raptori sic spoliato est añ oĩa restituenda res accepta: vt patet extra d̃ restitutione spoliatorũ. in litteris. ꝛ. ff. de vi ꝛ vi armor. l. ij. §. qui a me qd̃ nõ eẽt: si nõ habuisset possessionẽ rei. Minor ꝓbatur quia talis detentio non habet iuris adminiculũ. imo ius resistit tali detẽtioni. Respondet maior est neganda saltem de possessione ꝓ̃ꝯe dicta. ꝛ illa hic diffinit. sꝫ habet quandã detentionẽ iniustam illi⁹ rei. et hec est nuda detẽtio facti ꝛ nõ iuris. Ad ꝓbationem dicenduꝫ ꝙ hoc non est ex eo ꝙ iura velint dicere furem vel raptorem habere ꝓ̃ꝯe dictam possessioneꝫ talis rei: sed hoc est statutũ in odium spoliantiũ ꝛ auferentiũ violenter res suas dominib⁹. ꝛ etiaꝫ qꝛ nemo potest eẽ iudex in causa sua. ideo rem furtiuã non debeo a fure recipere nisi auctoritate iudicis corã quo ostẽdaꝫ rem eẽ furtiuaꝫ. Unde ẽm ꝙ dicit decretalis allegata. ex litteris: hoc fuit introductũ ẽm iuris rigorẽ cõtra iuris equitateꝫ q̃ quãdoq̃ ꝑfertur rigori vt ibi dicit glo. et ideo dicit Innocẽti⁹ in eadẽ decretali ẽm opinioneꝫ ꝓbabilem multorꝫ si constaret tunc ꝑ suaꝫ ↄfessionẽ ipm eẽ ꝑdonem: vel constaret de ꝓ̃ꝯetate rei: eẽt predoni restitutio denegãda. ꝛ hoc ideo. quia vere nũq̃ possedit: nec naturaliter nec ciuiliter. sed solum habuit detentionẽ iniustam eius. Nec etiã ista cõstitutio scꝫ ꝙ predo vel fur est restituẽdus si sit spoliatus re furtiua vel rapta: est ↄstitutio legis diuine nec naturalis. sꝫ ẽ positiua vt vult Joh. ger. in tractatu de vnitate ecclesiastica ↄsideratione. xiij.

Quinto arguit. si diffinitio ꝑ ꝑdicationẽ causalẽ intelligeret: tũc ad acq̃sitionẽ possessionis req̃reretur ꝙ volens possidere: corporaliter apprehenderet rem taleꝫ. consequẽs ẽ falsũ. Nã si claues celle vinarie vel horreorum mihi tradideris coram cella vel horreo: vendẽdo vina vel merces q̃ sunt ibi: tradita videt possessio per clauiũ traditionẽ ẽm dominos iuristas: etiã si nõ apprehẽdaꝫ illas res corporaliter. ita in quibusdã aliis posset exemplificari. Respõdet. res quarꝫ q̃s acquirit possessionẽ sunt duplices. quedã sic se habent ꝙ anteq̃ earuꝫ dominiũ atq̃ possessio acquirit: in nulli⁹ dominio sunt nec exigit ad earum possessionẽ vel dominium acquirendũ volũtas tradẽtis. vt sũt gẽme ĩ litore maris ꝛ aues in aere. ꝛ illarꝫ possessio nõ acq̃rit sine corꝑali apꝑhẽsiõe earũdẽ. Vñ ad h̃ ꝙ acq̃rerẽ possessionem talis gẽme vel auis: non sufficeret ꝙ eã vidissem vel aliũ actũ exercuissem circa eaꝫ: si nõ eã corꝑaliter apꝑhẽderẽ. Silr si sũ in turri: ꝛ video rem aliquã que ẽ ꝓ derelicto habita: nõ acquiro ꝑ aspectũ oculorꝫ possessionẽ ei⁹. Alie sũt q̃ sic se habẽt ꝙ anq̃ earũ dñiuꝫ seu possessio acquirit: sũt ĩ alicu⁹ dominio: ꝛ exigit volũtas tradẽtis vt cum

mihi vendis domū vel agrum. ⁊ illarū rerū possessio potest acquiri aliquando sine corporali apprehensione vt pbat argumētum: non tamē sine corporali actu. Naz et clauiū receptio lz non sit corporalis apprehensio rei vendite in cella vel horreo: ē tamen actus corporalis. Modo in diffinitione pdicta cuz dicit. est detentio corporis debet capi detentio corporis vt se extēdit ad actum corporalē: etiaz si nō sit corporalis apprehensio manib9 vel pedib9. Vñ nota q res de isto scdo genere possunt acquiri quinqz vijs sine corporali apprehensione. Primo visu. Nā si mihi rem tuā vēdideris que in cōspectu sit ⁊ p aspectū oculorum me possidere iusseris vel pcuratori meo pcipio tradendā cum in conspectu sit vel custodem apposuero: q̄uis corporaliter non apprehendā: tamē possessionem acquiro. Scdo venditiōe rei. puta cōmodasti mihi rem tuā vl' pignore obligasti vl' deposuisti penes me ⁊ ipam mihi vendis: tūc eo q pateris meā eē: videt illa res mihi tradita ⁊ q ego acquisiuerim possessionem ei9. Tertio clauiū traditione: vt deductum est in argumento. Quarto cartarum traditione. puta si vēdidisti mihi mācipia ⁊ tradis mihi instrumēta mancipiorum. id ē cartas in quib9 continet qualiter mācipia emisti: habeo possessionem mancipiorum. Quinto si scienter conduco mea scz constituendo me possidere noīe tuo cui vēdo nec eni causam possessiōis mihi muto. sed desino possidere ⁊ aliū ministerio meo possessorem cōstituo. is eni possidet cui9 noīe possidet. De istis vide diffusi9 i sūma Hostieñ. in titulo de causa possessionis.

Questio. XV.

Vtrū dominia rerum ab initio iuste distincta possint in alios a pmis dominis transferri ⁊ quot modis. Questio vnū supponit et duo querit. supponit eni q dominia rerū fuerūt ab initio iuste disticta ⁊ illud patuit. q. ix. ⁊. xj. et intelligit illud ab initio: nō simpliciter sed post lapsum humani generis. hoc supposito querit duo Primo an si q̄s habeat dominiū alicui9 rei distinctuz. hoc ē p appropriationez: sic q res sit soli9 ei9: possit iuste fieri q alius incipiat habere dominiū distinctū illi9 rei ⁊ prior dñs desinat eē eius dñs. Scdo q̄rit: dato q iuste fieri possit q̄t modis id fieri possit. Solutio q̄stiōis stat i q̄ttuor pclusionib9 ⁊ vno correlario.

Prima pclusio. dominia reruz distincta possunt iuste a pmis dominis trāsferri in alios. pbatur: qr si non: maxime pter sequens argumētum Illorum dominiorum translatio nō potest fieri iuste: quorum trāslatio nō potest eē sine iniusta cessatione eorūdē. sed dominiorum distinctorum a pmis dominis i alios trāslatio: nō pōt fieri sine iniusta cessatiōe eorūdez. igit talis trāslatio nō pōt fieri iuste. Maior nota: minor pbat. qr si q̄ habet disticta dominia rerum aliquarum: iuste dominat illis reb9. igit nō possūt cessare ab illa iusta dominatiōe nisi iniuste. qr iustū nō tollit nisi p suū ptrariū puta p iniustū. Sed h argumētū nō obstat. nam pcessa maiore negat minor. Et ad pbatōez pcedit antecedēs: ⁊ negat psequētia. nam a iusta dominatiōe pōt q̄s cessare volēdo ampli9 nō dominari tali rei. modo volēti non fit iniuria. igit q ali9 dominet illi rei cui pri9 ali9 iuste dominabat: fit sine iniusticia Ad pbatōez cōsequētie cū dr: iustū nō tollit nisi p ptrariū scz p iniustū Dicēdū dupliciter. Primo aliq̄d eē iustū pōt intelligi duplicit. Uno modo q sit debitū: sic q q̄s teneat ad illd: ⁊ si h modo q̄s dominaret alicui iuste. id ē q teneret ei dominari: nō cessaret a dominio nisi iniuste. ⁊ h modo iustū nō tollitur nisi p ptrariū. Alio modo aliq̄d esse iustū idem est qd eē licitū: sic q illd est iustū me facere qd mihi licitū ē facere. ⁊ hoc modo qd mihi est iustū: pōt cessare mihi eē iustū sine iniusticia: puta si ē tale iustū cui renūciare possum ⁊ tale est h qd ē me dominari aliquib9 reb9. quia est mihi licitū eis dominari. ⁊ licitū ē mihi etiā eidez dominio renūciare. ⁊ sic cessat illd iustum sine iniusticia que sit in ipa cessatione vel abdicatiōe dominij. Uel scdo dicendū ad pbationem psequētie q etiam in cessando dominari rei cui pri9 iuste dominabar: nō cessat tale iustum dominiū nisi p iniustū: nō quidem iniusticia que sit in cessatiōe quasi me cessare sit iniustū: sed iniusticia que est in dominari: puta si post cessationem adhuc eidē rei vellem dominari: illud dominari

esset iniustū ⁊ sic ad iustum dominari succedit iniustum dominari. sicut ad vnū contrariorum succedit reliquū.

Scda conclusio. duob⁹ modis pōt fieri iusta translatio dominiorum a p̄mis dominis i alios. probat̃. qꝛ potest fieri auctoritate priuata scꝫ ipi⁹ imediati domini dominātis sup rem ⁊ auctoritate publica scꝫ legis vel legislatoris. Primum pbatur. nam si non auctoritate priuata scꝫ ipsius imediati domini rei posset fieri iusta translatio dominij de se in aliuꝫ. hoc esset ꝓpter aliquod illoruꝫ quattuor scꝫ aut quia fieret iniuria primo domino cedenti dominio: aut secūdo domino recipiēti dominiū: aut ipi rei transferende: aut legi superioris phibentis primo domino cessionem ⁊ translationem dominij et phibentꝫ secūdo domino receptionē. Modo stat ꝙ nullum illorū quattuor habeat locuꝫ. igit̃ poterit iuste fieri translatio dominioruꝫ a primis in alios auctoritate priuata. Maioꝛ pbatur. quia non videtur alia via vel ratio ob quā nō deberet posse auctoritate priuata imediati domini fieri iusta translatio dominioꝝ. Minoꝛ pbatur inductiue i omnibus quattuoꝛ. naꝫ stat ꝙ imediatus domin⁹ rei velit amplius se non esse dominum illius rei: sed aliuꝫ. Similiter stat ꝙ non fiat iniuria rei transferēde. nam tūc fit iniuria alicui: cum illud sibi fit: qđ sibi nō iure fit. sed si domin⁹ rei eandem transfert in alium: nō fit illi rei nisi id qđ iure fit. nā eoipso ꝙ quis est domin⁹ rei habet ius circa eam. ⁊ si est simpliciter domin⁹ illi⁹ rei: habet ius circa eam: non solum vtendi ea sed etiā eā transferendi in dominiū alteri⁹. Similiter stat ꝙ secūdus in quē vult trāsferre consentiat in hoc ꝙ ipse incipiat esse domin⁹ eiusdem rei. modo volenti non fit iniuria. Similiter stat ꝙ nulla lex superioris phibeat primo domino facere talē abdicationem dominij a se et translationem eius in alterū. nec secūdo domino receptionem. nam stat ꝙ talis abdicatio: translatio ⁊ receptio sit vtilis vtri𝔮 et reipublice. cur ergo tūc phiberet eam lex que vtilia phibere nō debet. Sec⁹ vbi lex superioꝛ rationabiliter phiberet p̄mo domino abdicationem dominij vel alteri receptionē eo ꝙ talis abdicatio vel alterius receptio eēt nociua reipublice vel saltem phiberet modum trāsferēdi eo ꝙ primus vellet trāsferre in scdm translatiōe iniqua: qualis fit in contractib⁹ iniquis vt in vsurarijs ⁊ symoniacis. Scdo pbatur illud idē de auctoritate p̄uata sic. qꝛ quādo aliqua res trāsfertur de vno in alteruꝫ p contract⁹: transfert auctoritate priuata. Modo res pōt transferri per contract⁹ iustos. igit̃ translatio rerum potest iuste fieri auctoritate priuata. Maioꝛ est nota saltem sic intelligēdo ꝙ lꝫ tali translationi assistat etiā auctoritas publica: puta legis vel legislatoris approbantis tales contractus: tamē nō fit talis trāslatio per solam auctoritatē publicam: quo modo fit in prescriptione ⁊ vsucapione vt patebit. sed etiam cōcurrere debet volūtas priuata contrahentiū. Sic igit̃ intellecta maioꝛe ipa patet sic. Quia qđ fit volūtate priuatorū hominuꝫ: dicit̃ fieri auctoritate priuata. modo translatio facta p contract⁹ fit voluntate priuatorū hominum. igitur. Scdm autēꝫ scꝫ ꝙ auctoritate publica iuste fieri possit translatio talis. probatur sic quia a principio ante𝔮 essent distincta dominia rerū: ita ꝙ null⁹ habebat ad hec aliquā rem sibi ꝓpriam. sed quelibet res erat omnib⁹ cōmunis: iuste potuit auctoritate publica scꝫ legis vel legislatoris cōcedi distinctum dominiuꝫ alicui⁹ rei vni homini ita ꝙ talis cepit eē prim⁹ domin⁹ illius rei ⁊ hoc p appropriationē qua alijs seclusis sibi soli applicata fuit illa res ⁊ h̄ iuste: non obstante ꝙ illa res fuisset prius omniū aliorū hominū. nec obstāte ꝙ ille homo pri⁹ nun𝔮 fuit domin⁹ illi⁹ rei p appropriationem. Hoc antecedēs assūptū satis patuit supra. q. ix. ⁊ xi. igit̃ et postea potuit et pōt iuste fieri auctoritate legislatoris p̄ncipis vel legis ꝙ p̄dictus primus dominus rei cadat a dominio sibi concesso per legeꝫ. ⁊ ꝙ alius auctoritate eadeꝫ incipiat esse dominus. tenet cōsequentia. quia eadē est ratio ad iustificandum vtrū𝔮. ꝙ eni primuꝫ fuit tan𝔮 licitum iustificatuꝫ: fuit ex eo ꝙ omnes hoies (quib⁹ oēs res erāt cōmunes) sponte se subiecerunt vel iusta lege naturali fuerunt subiecti alicui p̄ncipanti legislatori in quē at𝔮 in cui⁹ legem consenserunt: vel cōsentire tenebāt̃: qua lege ipe aliquas ex illis rebus appropriauit aliquib⁹

seclusis alijs ab earūdē vsu: ꝛ ecōtra alijs alias. igit̄ eadem ratione si nunc idē legislator ex causa rationabili sua lege rationabili ꝛ iusta auferat eas a primis ꝛ cōcedat eas alijs: poterit id iuste fieri. Modo stat ꝙ habeat iustā legem iuste auferentē eas a primis: ꝛ concedentē eam alijs vt pbabo: igit̄. ratio ē eadē vtrobiqꝫ. Exemplū autē de translatione dominiorū a primis in alios auctoritate publica patebit in sequenti conclusione. Est igitur

Tertia conclusio. trāslatio dominij rei de eo cōtra quē prescribit̄ vł vsucapit̄ in pscribentē ꝛ vsucapientē legitime: scꝫ seruatꝭ cōditionibꝫ seruandis ē iusta. Exemplū. vt si tu es dominus alicuiꝰ rei imobilis: et ego eandē rem pscribo seruatis singulis cōditionibꝫ: puta quattuor requisitis ad legitimaꝫ pscriptionem scꝫ quia p tempus a lege diffinitū cōtinue ipsam possideo bona fide et titulo iusto. et res est pscriptibilis: tunc tu cadis a dominio eiusdē rei. ꝛ ego incipio eiusdē esse dominus. Unde pscriptio est acqsitio dominij rei imobilis p continuatiōeꝫ possessionis tēporis a lege diffiniti. id est p tempus a lege diffinitū. Et capio h̄ dominiuꝫ large pro iure vt acceptū fuit in pma qstione. nō enī curo hic an pscribēs acquirat in re prescripta dominiū directuꝫ qđ est pprijssime dominiū vel solum vtile vt quidam volunt s̄m diuersitatem pscriptionis. Nec video quomodo nō potuerit lex imperialis trāsferre rem talem in aliū etiā quo ad directum dominiū ꝛ priorem dominū exuere prorsus omni dominio. vt sic magis fieret pax ppter quaꝫ est pscriptio adinuenta. magis autem potest fieri pax quādo prorsus nullum dominiū apud piorē dominū remanet. Secundū exemplū. si sis dominꝰ alicuius rei mobilis: ꝛ ego eandē (seruatis cōditionibꝫ seruādis) vsucapiam: tu cadis a dominio illius rei. ego vero incipio eē dominus eiusdē: ibi vtraqꝫ trāslatio est iusta. probatur. quia illa trāslatio fit auctoritate legis. q2 legislator statuit ꝙ pscribēs ꝛ vsucapiens rem seruatis singulis conditionibus requisitis ad pscriptionem ꝛ vsucapionem legitimā sit completa prescriptione ꝛ vsucapione dominꝰ illius rei ꝛ alius precedēs cecidisse debeat a dominio. ꝛ si legislator potuit talem legem ferre tunc translatio erit iusta. Modo legislator potuit talem legem ferre: vt patebit in quarta ꝯclusione. igitur talis trāslatio erit iusta. Secundo pbatur eadē conclusio. quia si non esset iusta: maxime quia nō fieret cum consensu primi domini cōtra quē prescribitur vel vsucapitur. sed hoc nō obstat. Primo quia talis translatio fit cuꝫ consensu eius p tanto. quia ex quo consensit in principē legislatorem in hoc ꝙ potuit sibi statuere leges iustas: consensit etiam virtualiter in legem predictam priuātem eum dominio ꝛ concedentem illud alteri. Secūdo q2 si non fiat cuꝫ consensu saltem formali ꝛ specifico de illa translatiōe: tñ ppter hoc non fit sibi iniuria: al's nec iuste quis ppter delicta sua posset priuari aliquo temporali: nisi eo consentiente formaliter et specifice de illa pena: quod est falsum. cum pena sit de noluis. sequela tamē pbatur. quia in pposito ꝙ is cōtra quem pscribitur priuat̄ dominio rei sue per legem predictā ē. quia deliquit per negligentiā: ꝛ in penam illius delicti priuatur re sua.

Quarta conclusio. legislator potuit licite talem legē statuere scꝫ prescribens rem imobilem vł vsucapiens aliquam rem mobilem seruatꝭ debitis conditionibus: incipiat esse dominꝰ eiusdem rei completa pscriptione vel vsucapione: atqꝫ is cuius res priꝰ fuit desinat esse dominꝰ. Probat̄: illud potest iuste statui a principe vel legislatore: qđ est necessarium ad pacificam subditoruꝫ conuersationem. sꝫ predicta lex est huiusmodi. igit̄. Minor probat̄. quia nisi seruaretur predicta lex puta ꝙ is contra quem quis prescribit non caderet a dominio rei prescripte: imo nihilominꝰ maneret eiꝰ dominꝰ q̄ntūcunqꝫ longo tēpore eam neglexerit et eam dimiserit in manu alterius: fierent lites innumerabiles vel odia plurima. naꝫ primꝰ dominꝰ vł heres eiꝰ posset talem rem post q̄ntūcunqꝫ tempus repetere. ꝛ cū valde difficile: imo q̄si impossibile eēt pbatiōes sufficientes adducere: etiā esset valde difficile vel īpossibile primo dño iusticiā ministrari nec res sibi debita posset sibi reddi. nec iniustus possessor vł detentor euici. ꝛ sic non solū generarent̄ odia inter primū dominū

z secūdum. sed etiā₃ periclitaret iusticia et iniusticia impurgata remaneret. z per consequens pax in republica turbaret. Scd̄a ratio. pnceps legislator iuste potuit et pōt priuare aliquē dominio rerū suarū si talis cōmisit vl' cōmittit delictū qd̄ ē dānosum reipublice. z idē pōt illd̄ dominiū ꝯsequēter applicare alteri homini. Sed ille ꝯtra quē ꝗs pscribit vel vsucapit rem alienam cōmittit illud qd̄ ē dānosum reipublice. ergo pnceps legislator iuste potuit p legem priuare talē dominio rei. z illud idē dominiū assignare alteri puta pscribēti vel vsucapienti. z sic p ꝯsequens ꝯclusio vera. maior nota: minor pbat. qꝛ is cōtra quē ꝗs pscribit est negligens circa res suas imobiles: nō colēdo eas. z is ꝯ quē ꝗs vsucapit ē negligēs circa res suas mobiles nō capiendo fruct⁹ z vtilitates p se vel alium ꝙtū₃ ē in ipo ex eis. Modo dānosū ē reipublice nō coli res imobiles cū ex earū cultura puenire debeāt ea ꝗ humano vsui sūt necessaria z accōmoda. silr̄ z dānosum est reipublice ꝙ ꝗs nō vtit rebꝫ suis mobilibus ex ꝙꝝ vsu posset (si ipe vel ali⁹ vteret) puenire multiplex humana vtilitas. Scd̄o pbat eadē minor. qꝛ is ꝯ quē pscribitur vel vsucapit: negligēdo res suas ē causa ꝙ crescit materia litigiorū turbantiu₃ pacem reipublice. qꝛ ex sua negligētia alius ꝗ pscribit vel vsucapit rem: credit rem nō eē alterius: sed suā: z sic ꝯtēdit illam retinere. ecōtra alius lꝫ neglexerit rem suā non vult pdidisse eam. z sic erit lis contraria paci. ergo cōmittit delictū dānosum reipublice.

Correlariū tertie z quarte cōclusionis est ꝙ is qui seruatis cōditionibꝫ requisitis ad legitimā pscriptionem vel vsucapionem pscribit vel vsucapit rem aliquā: nō tenet illa₃ rem restituere etiam in foro ꝯscientie. pbatur. qꝛ talis est iuste factus ver⁹ dn̄s illius rei ea lege sibi assistente ꝗ habet rerū dominia trāsferre. Modo qui est ver⁹ dn̄s rei z iuste factus ē talis dn̄s lege sibi assistente ꝗ habet rerū dominia transferre non tenet restituere illam rem etiam in foro ꝯsciētie modo sic est hic. Dixi notāter in maiore: iuste fact⁹ domin⁹ illi⁹ zc. Itē ea lege si zc. ppter vsurariū qui fm aliquos etiā fit verus domin⁹ incrementi vsurarij. sed nec fit iuste dn̄s ei⁹: nec lege pdicta sibi assistente imo resistente lege saltem diuina.

Questio. XVI.

Utrum descriptio cōtractus sit bona qua dicit. est vltro citroꝗ obligatio. Et ponit hec descriptio in. l. labeo. §. contract⁹. ff. d̄ verbo. signifi. Solutio questionis stat in vna distinctione z quattuor ꝯclusionibꝫ.

Distinctio est hec. Cōtract⁹ accipit tripliciter. Primo pprie quo modo de eo ponit pdicta descriptio. z ē sensus talis. Contract⁹ est quoddā factū (nam contract⁹ consistit i facto) seu est ꝗdam actus ex quo actu vel facto orit obligatio ex vtraꝗ pte. hoc modo emptio: venditio: locatio: ꝯductio z societas sunt contract⁹. Nā si emo a te equū obligatus sum ad dandū tibi pciū z econtra tu qui mihi vendidisti obligat⁹ es mihi ad tradendū equū. si tn̄ non tradas: obligatio succedit ad interesse illius ꝯtract⁹: saltem ad iteresse intrinsecū. Silr̄ si cōduxi a te domū: ego obligor ad dandu₃ tibi mercedem que locagiū dicit: etiā si non intrarem nec inhabitarē eam. z econtra. tu qui mihi eam locasti teneris mihi ad patiendum me inhabitare: aut qd̄ mea interest soluere. Similiter si cōtraxi tecum contractu qui dicit societas z ego emi merces: tu vero penitētia ductus nō vis cōmunicare mecum in illis bonis. ego habeo actione₃ cōtra te ex contractu societatis. z sic tu mihi obligaris. z econtra in casu quo velles cōmunicare mecu₃: ego obligarer tibi. Et hoc modo donatio: mutuatio z stipulatio non sunt contractus: vt patebit in secūdo membro distinctionis. nec etiam cōmodatio si est impleta: est hoc modo contractus vt patebit ibidem: lꝫ quādo est incompleta sit hoc modo contract⁹ Secūdo modo capit improprie. z sic est factum vl' act⁹ ex quo oritur tm̄ ex vna pte obligatio: seu i quo tm̄ vna pars obligat. hoc modo donatio: mutuatio: z stipulatio sunt ꝯtract⁹ z nō pmo modo. nam cū tibi dono equū: tu mihi nō obligaris obligatiōe ciuili scꝫ ex qua oritur actio. nec etiā es mihi obligat⁹ obligatiōe naturali: et hoc potenti que scꝫ nata sit pducere actionem: lꝫ sis mihi obli

gatus obligatione naturali simplici scz ad gratitudinē que obligatio est impotēs ad pariendum actionē. sed ego qui donaui tibi: sum obligat⁹ ad tradendum tibi rem: ⁊ hoc si donatio incepit a ꝓmissione. sec⁹ qñ incepit a traditione: ita q donādo mox tibi tradidi rem quā donare volui: tunc eni tradita tibi re: nulla sū tibi obligatiōe obligatus. Item ego q donaui tibi teneor tibi qñq; d̄ euictione rei donate. vt si tu qui es donatari⁹ fecisti magnas expensas i re donata ⁊ euincit̄ a te. ⁊ hoc si ego dolū cōmisi donando eam tibi: puta sciebam rem illam eē alienā. Similiter si ego mutuaui tibi centū: ego tibi nō obligor. sed tu mihi Vñ stipulatio est interrogatio precedens ⁊ responsio sequens in continenti. vt si tu interrogas me dicēs: ꝓmitti mihi dare cētuz et ego incōtinenti respondeā: ꝓmitto iam ego feci tibi stipulationē. sec⁹ si non in cōtinēti respōdissem. sed ad alia diuertissem et postea tibi respōdissem dicēs ꝓmitto. tūc eni non ē stipulatio. Tertio mō accipit̄ mag̃ improprie. ⁊ sic est act⁹ vel factū ex q ex nulla pte orit̄ obligatio. sꝫ post⁹ obligatio facta dissoluit̄. H modo illa duo sūt cōtract⁹. scz translatio nudo pacto facta. ex q trāslatione nō agit̄ ad interesse ante implementū ꝯditionis Itē ⁊ liberatio p acceptilationē. Exemplū scd̄i vt si ego sum obligatus ex stipulatiōe ⁊ dicam tibi: vis acceptum habere q soluerim tec tu dicas acceptum habeo. illd̄ vocat̄ acceptilatio quia liberatus sum ab obligatiōe: per hoc q tu acceptū habes me soluisse tibi. vnde acceptilatio est imaginaria solutio. et per illaz soluit̄ obligatio qua ego eram tibi obligatus. ⁊ lꝫ obligatione illa soluta: ibi oriatur alia obligatio qua scz tu obligaris ad non agendū contra me ex stipulatione p̄cedenti: tamē acceptilatio principalius respicit priorem obligationē ad dissoluēduz q̄ʒ ad pariendū illam sequentē. Sic etiam transactio soluit p̄cedentē obligationē quā p̄ncipaliter respicit lꝫ inducat nouam q̄ alter transigentiū obligatur ad non agendū ratione p̄cedentis obligationis ꝯtra alterū.

Prima conclusio. predicta descriptio stantib⁹ duab⁹ conditionibus est bona. Prima q cōtractus capiatur ꝓprie. Secūda q sit p̄dicatio causalis non formalis cum dicit̄. contractus est obligatio. ꝓbatur: quia tūc conuenit omi contenso sub diffinito. ⁊ sic de alijs conditionibus.

Secūda conclusio. quecūq; p̄dictarum conditionū desit: descriptio nō eēt bona. Nam si ꝑma desit nō cōueniet omi contento. quia nec donationi nec mutuationi nec stipulationi in quib⁹ non est obligatio ex vtraq; parte ⁊ tamē illa sūt contractus si non ꝓprie capiat̄ contractus. Et si secūda desit illa est falsa: contractus ē obligatio. Naz nullus effectus p̄dicatur formaliter de sua causa. modo obligatio ē effectus contract⁹. quia obligatio nascit̄ ex cōtractu sicut filia ex matre. ⁊ ꝯsequēter ex obligatione nascit̄ actio. ⁊ sic actio est neptis ipsius contractus.

Tertia conclusio. alia dat̄ descriptio contractus a Joh. de gersona. cancel. parisieñ. in tractatu suo d̄ cōtractibus in p̄ncipio. ⁊ est talis. Est cōmutatio ciuilis ⁊ legitima. et in illa ponit̄ cōmutatio p genere ⁊ ciuilis addit̄ ad differentiā mutationū naturaliū quas considerat naturalis philosophia. contract⁹ eni spectant ad ethicaz siue moralem philosophiam. ⁊ addit̄ legitima. id est legi conformis: ad differentiā contractuū illicitoꝝ vł illegitimorū. Inuenta ē aūt cōmutatio ciuilis post peccatuz quoniā status innocētie habuisset oīa cōmunia. hec ille. Sꝫ tamē hec descriptio patit̄ tres instantias. Nam emptio ⁊ vēditio ante omnē traditionem mercis vel precij sūt contract⁹. ita q verum ē dicere: illi ꝯtraxerunt. ⁊ tñ nondū est cōmutatio ciuilis facta. sed soli consensus signis expressi sūt celebrati. Scd̄a quia non cōuenit donationi quā tñ idem doctor ponit p specie contract⁹ ibidē. Prima pars probat̄. quia donans non donat rem p aliqua alia re recipienda a donatario: al's non eēt contractus gratuit⁹. Tertia quia pene omnes contractus sūt introducti iuregentiū. igit̄ dato q ꝯtractus eēt cōmutatio: tamē eēt cōmutatio nō ciuilis scz a iure ciuili introducta. sꝫ a iuregentiū qd̄ distinguit̄ a iure ciuili.

Quarta conclusio. Contractus etiam posset sic diffiniri: est actus qui est re litteris: verbis vel

consensu celebratus quo trāsfertur res de vno in alium quo ad aliquale dominium vel vsum vel etiam aliam speciem iuris su pra diffiniti. vel si debens trāsferre nō trās ferat: obligatio succedit ad interesse Hec de scriptio videtur ꝯuenire omni contractui ꝓprie dicto ⁊ etiam improprie dicto ꝗuis non magis improprie dicto vt patere pōt discurrendo ꝑ omnes species cōtractus q̄ patebunt in sequenti q̄stione.

Questio. XVII.

Que et quot sūt species cō tractus: Solutio huius questionis stat i recitatione quattuor modorū ponendi et enumerandi species cōtractus. tres primi erunt quorundā theologorū ⁊ sūmistarū tractantiū de ꝯtractibus.

Primus igitur modus enumerā di eos est Joh. de gersona cancellarij parisiensis in tractatu suo de ꝯtractibus: cui⁹ sententia (quo ad p̄sens sufficit) pōt reduci ad tria dicta. Primū octo sunt species contractuū ⁊ quattuor ꝑ me sunt ille. Prima emptio ⁊ vēditio. Secunda mutuatio actiua seu mutui datio et mutuatio passiua seu mutui receptio. Tertia donatio actiua et donatio passiua seu doni receptio. Quarta est campsio ꝑ quā intelligit ꝑmutationē. Alie quattuor sunt ille. Prima cōmodatio ⁊ accomodatio. et cōmodatio est concessio vsus rei: cui⁹ vsus non est eius consumptio ad cōmodū alicuius gratis facta; ⁊ accōmodatio est receptio talis rei ad vsum. Secūda est locatio ⁊ conductio. Tertia emphiteosis vel censualis pensio vel datio ad firmā. Quarta ē impigneratio. Secūdū dictū quattuor prime distinguūtur a quattuor vltimis. nā in quattuor primis transfertur res de vno in alium quo ad dominiū seu ꝓprietatem sed in alijs quattuor quo ad vsum. Declaratur sic. nam si emo a te equū ⁊ tu mihi vendis: tu cessas eē domin⁹ vel habere ꝓprietatem equi: ⁊ ego incipio eē ei⁹ domin⁹. Similiter si mutuas mihi centū: tu cessas eē dominus illorū centum ⁊ ego incipio eē domin⁹ eorūdē. Similiter si donas mihi centū: aut si ꝑmutas: seu vt ipē loquitur cambis tuū frumentū ꝑ meo vino: tuam pecuniam ꝑ mea: puta aurū ꝑ moneta vel econtra. tu cessas eē domin⁹ illius rei ⁊ ego incipio esse domin⁹ eiusdem et ecōtra. Sed q̄ ad alias quattuor species sec⁹. Nam si tu mihi cōmodas equū tuū: non transfers in me dominiū vel ꝓprietatē. imo illud retines tibi sed tm̄ vsum. id est ius vtendi eq̄ transfers in me. ⁊ hec gratis sine precio vel mercede. ⁊ sic diceris commodare mihi et ego dicor cōmodare a te. Silr̄ si locas mihi eum: tu transfers in me tm̄ ius vtēdi eq̄ ⁊ hoc ꝑ mercede que locagiū dicitur. ⁊ sic diceris mihi locare ⁊ ego dicor a te conducere. Item si habes ꝓprietatē alicuius terrule: ⁊ eā mihi concedis in emphiteosim: ita q̄ inter te ⁊ me celebratur contractus qui dicitur emphiteotic⁹ qui al's dicitur datio ad firmam: tu retines ꝓprietatem illius terrule sed mihi cōcedis vsum et vsufructum illi⁹ et hoc nō omnino gratis. quia teneor tibi dare annuatim certam pensionē lz modicam. ⁊ hoc in recognitionē directi dominij apud te manentis. Silr̄ si mihi creditori tuo: tu debitor meus impigneras rē aliquā: non transfers dominiū illius rei in me. sed remanes domin⁹ illius rei. imo tu etiam non transfers in me vsū seu ius vtēdi illa re. quia si ea vtar contra tuam volūtatem: furtum cōmitto ⁊ vtilitatem si quā ex ea ꝑcepi: restituere tibi teneor vel defalcare de sorte quā mihi debes. Unde etiā idem cancellarius dicit q̄ ibi non est translatio illius rei de debitore in creditorē nec quo ad dominiū nec quo ad vsū. imo nec quo ad possessionem. quia nihilomin⁹ adhuc debitor retinet possessionē tam ciuilē q̄ꝫ naturalem pigneris: tamē transfertur q̄ ad ius detentandi ipm in casu quo deficeret debitor in soluēdo. quia tunc posset creditor sibi satisfacere de eo pignere. ⁊ sic creditor per impignerationē habet ius aliqđ in re illa qđ ante impignerationem nō habuit. et sic aliqua translatio iuris est facta.

Tertiū dictum sufficientia illarum octo specierū potest sic poni. q: in ꝯtractu transfertur res de vno i alium q̄ ad aliqđ ius. aut igitur quo ad dominiū aut q̄ ad vsū. Si primū hoc est dupliciter. q: vel talis trāslatio fit dato p̄cio vel nō dato precio. si ꝑmū sic est emptio ⁊ venditio. si secundū sic est mutuatio. Si autē tm̄ trāsfertur vsus hoc ē dupliciter. quia vel res trāsfertur pro precio. et

sic est locatio et conductio. vel nullo precio sed gratis: et sic est cõmodatio. Cõtra il lum modũ enumerandi arguit. quia defi cit q̃druplicater. Primo. quia multos con tractus innominatos omittit. nec excusat ex eo q nõ voluerit ponere inominatos. nam etiã ponit pmutationẽ q̃ est etiã ptra ctus inominat⁹ vt patebit ĩ quarto modo enumerãdi. Scõo q: emphiteoticũ cõtra ctum ponit iter illos in q̃bus res transfer tur tm̃ quo ad vsum: et non quo ad domi niũ. et tñ in emphiteotico res trãsfert etiã quo ad dominiũ et hoc vtile: lz nõ quo ad dominiũ directũ. et sic nõ tm̃ quo ad vsũ et vsufructũ saltem tenẽdo q dominiũ vtile distinguat ab vsufructu de qua distinctiõe patuit supra. q. xiij. Tertio quia impigne rationẽ ponit inter ptractus q̃bus trãsfer tur dominiũ vel vsus et neutrũ fit ĩpigne ratione vt met fatet. igit. Quarto. quia cõ tractum emphiteoticũ vocat censualẽ pen sionẽ. et hoc male. q: lz ex cõtractu emphi teotico ipe emphiteota obliget ad dandũ pensionẽ quandam dño: tñ ptract⁹ emphi teotic⁹ nõ est illa pẽsio. et sic nõ debet dici pensio. et si possit dici aliquo modo pẽsio: tñ nõ debet dici cẽsualis pensio. q: censua lis pensio debetur ex ptractu censuali. mo do ptractus emphiteotic⁹ et censualis con tractus multũ differunt: vt patebit in q̃r to modo enumerandi. igitur.

Scds modus enumerandi est An thonini in tertia pte sũme ti tulo. vij. ca. ij. et potest intentio eius redu ci ad tria dicta. Primũ dictũ. duodecim sunt species contractuũ. Prime sex sũt ille. Prima est donatio que est datio liberalis cũ scz nihil expectat retributiõis ex tali da tione rei: nisi beniuolẽtia. Unde Arestote les. iiij. topicoꝝ. Donuz ẽ datio irreddibi lis. id est est datio facta non pter equiua lens reddendum datori. Alie autem q̃nq3 sequentes sunt illiberales dationes eo q ĩ eis dans expectat aliquid rehabere ab eo cui dat. Scda igitur est pmutatio vł cam bium: cum scz transfertur de vno in alium dominiũ alicuius rei vtilis p alia re vtili vt frumenti pro vino et huiusmodi. Tertia et quarta sunt emptio et vẽditio in quibus transfertur dominiũ rei de vno in alteruz p numismate vel ecõtra. Quinta ẽ mutua tio actiua. Sexta est mutuatio passiua seu mutui receptio. Alie sex sũt ille. Prima cõ modatio. Scda pmutata cõmodatio: vt si ego cõmodo tibi equũ meuz vt tu mihi cõmodes bouẽ tuũ. Tertia et q̃rta sunt lo catio et conductio. Quita et sexta sunt pig neratio actiua et pigneratio passiua Se cundũ dictũ. Sex prime differunt a sex se cũdis. patet. Naz in sex primis transfertur res de vno in alium quo ad dominium: in aliĳs autẽ sex tm̃ quo ad vsum: retento do minio. et hoc declaratuz est in pmo modo enumerãdi. Tertium dictũ. sex secunde habent quasi pportionalem correspõdẽtiã ad sex pmas. ptz. Nã donationi correspõ det cõmodatio: eo q vtrobiq3 res transfer tur de vno ĩ alterum liberaliter et gratuite q̃uis in donatiõe q̃ ad dominiũ: in cõmo datione autẽ quo ad vsum tm̃. permu tati oni correspondet pmutata accõmodatio. Nam sicut in pmutatione transfertur res vtilis de vno in aliuz p alia re vtili. et hoc quo ad dominiũ: sic in pmutata cõmodati one transfert quo ad vsum vna res vtilis de vno in alium pro alia re vtili. Mutua tioni autem actiue et passiue lz pprie nõ cor respondeat aliquis alius ptractus: tamen eis est aliqua (lz modicum) similis scz ipsa impigneratio actiua et passiua: p quãto si cut mutuũ recipiẽs tenetur restituere rem mutuo acceptam ipi mutuanti: sic creditor recipiens pign⁹ tenet illõ restituere impig neranti scz debitori: si debitor satisfecit cre ditori in eo qd ei debuit. Correlariuz q ille scds modus enumerandi species ptra ctuum cõuenit cũ primo: et etiam differt a primo. Cõuenit. quia fere omẽs et fere eas dem quas vnus ponit etiam alius ponit. Sed differũt. quia primus vnã speciẽ po nit quã secũdus nõ ponit. scz emphiteoti cũ contractuz: et ecõtra scds ponit vnã spe ciẽ quã prim⁹ non ponit. scz pmutatã accõ modationẽ. et sic hi duo modi se mutuo ex cedũt. Scdo differunt. quia lz (illis dua bus speciebus iam dictis exceptis) omnez reliquã speciẽ ab vno positã etiam reliqu⁹ ponat: tamen differẽter: quia primus mo dus illas species que se habẽt correlatiue computat p vna. secũdus autem easdẽ ab inuicem distinguit: nõ tamẽ omnes tales distinguit ab inuicẽ. Nã scds nõ distiguit

dationem doni a receptione eiusdē:nec ꝑ-mutationē in vno ꝑmutātiū a ꝑmutatiōe i altero:nec etiā cōmodationē ab accōmodatione: nec ꝑmutatam cōmodationez in vno ꝑmutatim cōmodante a ꝑmutata cōmodatione in altero.in alijs aūt distīguit.

Scōm correlariū.Scōs modus enumerandi non ponit in re plures species ꝙ prim⁹: lz scōs ponat duodecim et primus octo. qꝛ scōs ponit omnes ꝗs prim⁹: vna dempta.ꝛ ecōtra:prim⁹ omnes quas scōs vna dempta.ergo eq̄les numero.Q̄ autez primus octo numerat ꝛ scōs duodecim:ē qꝛ aliquādo quas scōs ꝓ duab⁹ cōputat: primus cōputat ꝓ vna. ꝛ ecōtra. Cōtra illum moduz arguit.qꝛ deficit q̄ntupliciter. Primo eo modo quo prim⁹. Scōo quia non ponit emphiteoticū ꝯtractuz. Tertio quia ponēdo cōmodatiōez non ponit speciem sibi correspondentē:sicut in alijs speciebus fecit:vbi eis correspōdētes ponit: saltem que nomine differunt ab eis.modo species correspōdens cōmodationi etiam nomie differt ab ea.quia dicit accōmodatio.Quarto quia pigneratione ponit iter ꝯtractus:q̄bus vsus transfertur. ꝛ tamen pigneratio non est talis vt supra arguꝫ est ꝯtra primū modū.Quinto qꝛ declarādo cōtractuz mutui ꝛ quomodo differat a cambio ꝛ ꝑmutatione:dicit ꝙ mutuum fit qn̄ cōmutatur numisma ꝓ numismate cū expectatiōe tēporis. et dicēdo numisma ꝓ numismate vult ipm differre a ꝑmutatiōe i qua dat res vtilis ꝓ re vtili:nō numisma ꝓ numismate:quasi contractus mutui nō fiat dando etiam rem vtilē que non est numisma ꝛ expectādo rem vtilem rehabere: qd̄ est falsum.qꝛ etiaz in illis pōt fieri mutuū:sicut ꝛ in numismate.nihilomin⁹ tamē differt a ꝑmutatione.qꝛ in ꝑmutatione datur res vtilis vna ꝓ alia alterius.etiam in quātū alia.sed i mutuo cum quis mutuat alicui rem vtilē:non sibi eā dat ꝓ alia danda.sed vt illam vel aliā rehabeat. ꝛ etiā qꝛ in mutuo interuenit necessario expectatio non autē in ꝑmutatione.

Contra istũ modũ dicẽdi arguit improbãdo eũ in septẽ in qb2 deficit. Primo:q2 supponit q pstatio predicta sit vera mutuatio qd est falsũ.q2 pdicta pstatio fit irreuocabiliter.q2 ciues nõ possunt sortez pstitã vnq3 reuocare vel repetere:nec ciuitas tenet eis eã restituere Irreuocabilitas aũt seu renũciatio repetẽdi in mutuãte seu libertas restituẽdi i recipiẽte mutuũ est cõditio repugnãs substãtie mutuatõis:adeo q facit eã trãsire i aliã speciẽ ɔtract9 vt patuit.q.xxx.et p h patz etiã respõsio ad pbationẽ pme ptis sui pmi dicti.q2 neganda ẽ maior. Attñ dato q ɔcederem9 cum eo q eẽt mutuatio: adhuc deficit sequẽtib2 defectib9 q deniq3 habebũt locũ. Scds defect9 ẽ.q2 in pmo mẽbro pmi dicti non distinguit de q̃ intentione lucri velit loq 7 tñ illud pmũ mẽbrũ nõ ẽ indistincte verum. Nã etiã vere mutuãtem ɔtingit sine pctõ hre aliqlẽ intentionez lucri. q2 põt habere secũdariã intẽtionẽ lucri dũmodo pmaria sit charitatiua intẽtio sc3 subueniendo necessitati pximi. Assumptũ ptz ex dictis.q. xxxvj. Terti9 defect9 ẽ i tertio mẽbro eiusdem dicti. Nã dato q pstatio eẽt vera mutuatio: 7 p ɔsequẽs pensiones essent vsure q̃ntũ esset ex animo ciuitatis soluentis.tñ possent eas i casu retinere.etiã si possent restituere.puta si ciues occasione pstationis fuissent iniuste passi dãna q nõ fuissent obligati pati:tũc enĩ possent illas retinere in tãta quãtitate:q̃nta fuissent dãna.etiã si ciuitas nõ dedisset eis noĩe 7 animo refusionis iteresse. 7 h si desperarent se via iuris posse ɔsequi a ciuitate refusionẽ damnoꝝ iuxta dicta in.q.xlj. Igit illud mẽbrũ non est indistĩcte ver9. Quart9 defect9 est circa pmũ casũ scdi dicti q non videt verus. Nã stat ciues passos eẽ 7 pati iniuste vel saltẽ nõ necessario iteresse 7 q ipi nlla alia intentiõe recipiãt nisi rõne iteresse. Igitur q̃tũcũq3 ciuitas eas dedit tãtũmodo ratione mutui:nõ optet q rõne mutui eas recipiãt. Et si dicis nõ dico q optet eos recipere eas rõne mutui.s3 q possunt psumi 7 dici rõne mutui recipe.7 p ɔsequẽs psumi se sortes intẽtiõe lucri. h nõ valet.q2 psumptio elidit psũptiõe. Ideo possent eẽ tales circũstãtie i ciuib2 mutuãtib2 q nullaten9 psumeret q intẽtione alia q̃ rõne interesse reciperẽt.7 p ɔsequẽs nõ intẽtiõe lucri pstitissent etiã si ciuitas duntaxat rõne mutui daret pẽsiões. Etiã circa hũc q̃rtũ 7 sequẽtẽ defect9 deficit in h q loquit q̃si indistincte nõ liceat ciui aliqd rõne mutui recipere qd tñ est falsũ. Nã si illud qd recipit rõne mutui nõ vt pciũ mutuatõis accipitur.s3 vt donũ ad qd donãdũ puocat9 est donator pter impẽsũ sibi mutuũ.nõ ẽ illicitũ illd recipe. Vñ pp vl rõne põt dicere circũstantiã appreciatiõis.7 tũc pp mutuũ nõ licet qd recipe. S3 si dicat circũstãtiã puocatiõis:licitũ ẽ qd recipe rõne mutui sicut etiaz in fine septimi defectus patebit.

Quint9 defect9 ẽ circa scdm casũ eiusdẽ scdi dicti:q etiã non videt verus.q2 in tali casu etiã stat q non psumant rõne mutui recipe.sed ratione interesse.sicut in pcedẽti argutũ est.7 p h soluit pbatio eiusdẽ dicti. q2 dicendũ est q non oportet q recipiens aliqd ɔformet intentionẽ suã intẽtioni dãtis. Nã laicus iniuste detinẽs possessionẽ eccl'ie.7 vẽdens eccl'ie intendit pciũ recipere.p possessione vẽdita sicut pciũ p merce 7 tñ eccl'ie emens nõ dat sibi p possessione.q2 scit eam prius eẽ suã.sed dat pro cessatione vexationis sicut est etiã in subdito dãte curato suo pecuniã eo q nisi detur ei pecunia.non vult ei baptisare puerũ.etiaz iam moriturũ. Nã talis subdit9 nõ dat p baptismo.s3 p cessatiõe vexatiõis l3 curatus puersus intẽdat eã p baptismo recipe. Nec obstat si dicas nõ ɔformat intẽtionẽ suã intẽtioni ciuitatis:ergo nõ transfert dominiũ pẽsionis in ciuẽ.q2 ciuitas illa intẽtione non dat qua ciuis recipit. Nã dicẽdum est q sufficit q ciuitas deberet illa intẽtione dare qua ciuis recipit scilicet rõne

interesse qd ciuis iniuste patit: vel saltē est interesse qd ciuis pati nō tenet. aut qd ciuitas refundere deberet. Nā sepe q̄s licite recipit rem a primo vbi prim9 omnino nō intēdit in eū trāsferre: vel etiā si intēdit nō tñ tali intentione: vt ptz in illo q̄ clam sibi ipi satisfacit de rebus sui debitoris a quo al's nullo mō solutionē hr̄e pōt. fraudis tñ multis cautelis fraudandis. de q̄bꝫ al's dici habet. Vñ Aug9. xiiij. q. v. nō sane. dicit. Nō sane q̄cq̄d ab inuito sumit iniuriose aufertur. Sext9 defect9 ē circa oēs tres casus q̄nti dicti. Nā illi fallūt. si eni passi fuissent iniuste vl' n̄ necessario iteresse: possēt tātas pēsiōes detinere quātū fuit interesse: quātūcūq; possent scire: vel nūc scirēt vel crederēt ciuitatē eis eas nō dedisse nisi rōne mutui. z ratio ad illū casū adducta ē soluta in q̄nto defectu. Septim9 ē circa q̄ntuz dictum. q2 dictū i se ē falsū. q2 poti9 videt q ciuitas taliter det eis qualiter dicit se eis eas dare. s3 dicit eas eis dare rōne iteresse z p dono vt ptz ex p̄ma suppositiōe p̄cedentis q̄stiōis. igit Maior pbat. q2 dicere oppositū ē dicere publice ciuitatē mētiri i p̄dicto statuto suo. z si nō ē credēdū ciuitati h̄ ē ipis dominis habētibꝫ ciuitatē amministrare q̄ debēt eē amatores veritatis et defensores: q̄ro q̄ fides adhibēda erit dictis hoiuz inferiorū? Essent insup tales dñi p̄ ceteris odio p̄sequēdi. Iuxta illō sapiētis Tres species odiuit aīa mea. diuitē mēdacem. pauperē supbū. z senē fatuū z insensatū. Ad pbatiōes aūt sui q̄nti dicti dicēduz ē. Ad p̄mā dupliciter. Prima: nā etiā tenēdo q p̄statio p̄dicta sit vera mutuatio: dicendū ē q sicut sonat statutū. Ciuitas dat eas p interesse illis q̄ patiūt iteresse. ceteris aūt dat p dono liberali i recognitionē beniuolētie coꝝ. nec tñ optet q daret inequales pēsiōes ciuibꝫ etiā equalē p̄stātiā p̄stātibus. q2 q̄uis h̄ equum foret: tñ ex duabꝫ rationabilibꝫ causis pōt illa ineq̄litas obmitti z equalitas seruari. Prima ē: q2 hec inequalitas ipoꝝ interesse z etiā beniuolētie in ciuibꝫ nō posset deduci in noticiā ciuitatis nisi cū inextricabili laborinto. Modo ad illū vitādū pōt ciuitas eq̄les pēsiones assignare eq̄lē sortē p̄stātibꝫ: quātūcūq; inequalia interesse sint passi z patiātur. vel inequali beniuolētia p̄stiterint ciuitati. qd probat. naz si ille inextricabilis laborintus imineret ciuitati z pecunijs redimi posset. z non posset redimi nisi ciuibꝫ ad h̄ prestantibꝫ: posset ciuitas imponere ciuibꝫ suis vt cōtribuerēt ad redimendū se ab eo z eadem rōne pōt compellere vt nō velint exigere vltra interesse q̄ q̄nq; floreñ. ꝯ cētū q̄uis essent maius iteresse perpessi q̄ alij quibꝫ tanta pensio assignat. Scđa causa ad vitandū scandalū inuidie z murmurum possibiliū oriri inter ciues equalē sortem p̄stantes. Nam si duobus equalē sortem p̄stantibꝫ daret inequalis pēsio iuxta inequalitatē interesse vel beniuolentiaruz eorūdem. cōquereretur is cui minor pēsio daret: cur nō tanta sibi daret quāta alteri: cum tamē tanta beniuolētia p̄stiterit vt sibi pōt videri cum quāta alter z cū tāto interesse. Tale aūt scandalū est adeo vitādū q rationabiliter pro eius vitatiōe posset iponi ciuibus cōtributio pecuniaria si alia via vitari non posset. igitur etiaz potest taliter statui danda pensio q̄uis minor q̄ ei deberetur: si s̄m q̄ntitatē interesse assignari deberet. Et ex causis similibꝫ predictis duabꝫ causis videmus simile fieri in collegijs magistroꝝ z ordinatoꝝ. Naz q̄ prior est tp̄e prior est in sede z in alijs nō habita distinctiōe an primus sit doctior secundo. Scđa solutio z breuior est q ex quo p̄statio p̄dicta nō est mutuatio. s3 vera emptio seu precij solutio. Ideo maior est negāda q2 pēsiones non dant eis rōne mutui: nec ratione interesse nec dono sed tanq̄ fruct9 mercis emptis empte. Ius eni pcipiendi eas est merx empta a ciuibꝫ z pēsiones sūt fructus eiusdez iuris. Ideo sicut equale p̄cium dederunt sic equales mercīū debent recipere. Ad scđam pbationem dicēdū dupliciter. Prima solutio pcedit etiaz si teneatur q p̄dicta prestatio sit vera mutuatio. nam concesso antecedente: negatur cōsequentia. quia q ciuitas eis eas durante mutuo prestat z cessante eo non p̄stat: hui9 potest esse alia ratio q̄ mutuum. z hoc duplex. Prima: nam potest esse illa sc3 q2 durāte mutuo ciues patiūt iteresse z cessante eo cessat inteesse. Itē scđo q2 durāte mutuo durat impēsio illi9 b̄nficij qd ciues impendūt ciuitati. z sic durat causa puocās ciuitatē ad donādū quid suis ciuibꝫ z cessante

mutuo cessat talis impẽsio. ⁊ ꝑ ɔ̃sequẽs talis causa ꝓuocatiua. Ideo nimirũ ꝙ durãte mutuo p̃stat eis eas ⁊ non durante non p̃stat eas. ⁊ ita cũ illa duplex ratio posset subesse p̃sumendũ est de ipa: q꞉ p̃sumendũ est de meliori nisi fortior p̃sumptio eã elidat. Sed nisi aliq̃d addat̃ solutiõi iã date ipa nõ satisfaceret argumẽto. quia adhuc stat ꝓbatio ɔ̃sequentie sue scʒ. illud est causa quo posito poni̾t ⁊c̃. Unde dicendũ est ꝙ illa regula est vera. si illud hoc habet ratione sui nõ rõne coniuncti sibi. Modo ꝙ durãte mutuo p̃statur impẽsio. et cessante cessat̃ a pensione: non est hoc de ꝓ̃se ratiõe mutui positi vel cessantis ibi sistendo. sed rõne interesse durantis vel cessantis qḋ interesse est coniunctũ mutuo. Uñ si hec ꝓbatio valeret: probaret ꝙ nunq̃ ɔtingeret mutuantẽ recipere q̃d ratione interesse q̃n semꝑ videret̃ recipere ratione mutui. q꞉ talis nõ recipit tale quid nisi durãte mutuo ⁊ cessante eo nõ recipit. Alia ꝓ̃o ratio etiã distincta a mutuo eo modo quo ꝓ mutuo nihil licet recipere: põt esse illa scʒ q꞉ cessat ꝓuocatiua causa donationis. nam durante mutuo: nata ẽ ciuitas prouocari ad donandũ quid mutuãtibꝫ Sic enĩ videmus ꝙ multi multis donãt legaliter aliquo tẽpore eo ꝙ tunc vident in donatarijs causam que eos ꝓuocat ad donandũ ⁊ postea cũ amplius illã in eis non vidẽt nõ donãt nec obstat ꝙ rõne mutui ꝓuocant̃ ad dandum q̃d. ⁊ ita mutuũ est illa causa ꝓuocatiua. ⁊ ꝑ ɔ̃sequens illa scḋa ratio non videt̃ esse distincta a mutuo. Nam dicendũ ẽ ꝙ notãter dictũ est ꝙ illa scḋa ratio est distincta a mutuo eo modo quo ꝓ mutuo nihil licet recipe. q꞉ bene licitũ est dare q̃d ꝓpter mutuũ receptum: ⁊ illud etiã recipe. quando ꝓpter dicit circũstantiã ꝓuocationis et nõ precij. q꞉ etiam ꝓ spũalibus receptis licitum est recipienti dare tẽporalia cõferenti, put pro dicit non preciũ: sʒ ꝓuocationẽ quasi illa spũalia ꝓuocarent recipientẽ ad donandũ quid ɔferenti. Scḋa solutio est ꝙ ex quo p̃statio nõ est mutuatio sed vera emptio seu precij datio. Ideo tã diu ciuitas soluit pensiones annuas q̃ diu merx seu ius est ciuiũ. Q̃n autẽ ciuitas redimit mercẽ ⁊ restituit ciuibꝫ precium. modo cõdicto: non debetur amplius ciuibꝫ aliquid de predictis fructibus mercis.

Scḋs modus dicendi est aliorum scʒ sancti Bernardini ⁊ magistri Frãcisci de empol' ordinis minorũ ⁊ cuiusdã magistri anglici ordinis p̃dicatorum. ⁊ Petri de anchona. ⁊ Laurẽtij de ridolf. ⁊ pluriũ suorũ sequaciũ. ⁊ potest eorum modus dicendi reduci ad duas conclusiones cũ suis ꝓbationibꝫ. Attamẽ nõ oẽs p̃dicti (capiendo omes diuisiue) omnia illa posuerũt que in illis dictis ⁊ eorum ꝓbationibꝫ ⁊ deductionibꝫ recitabuntur: sed aliqui aliqua ⁊ alij alia. Attamẽ capiendo omes collectiue posuerũt omia q̃bus aliqua pro maiori colore addã que ipi implicite voluerunt dicere. Prima cõclusio. in quinq̃ casibus ciues p̃dicto modo prestantes non peccãt in recipiendo pẽsiones p̃dictas. Primꝰ est q̃n ad p̃stationẽ sunt vere coacti a ciuitate. id est inuite p̃stant a parte rei sic ꝙ in veritate vellent potꝰ esse supportati a p̃statione. ⁊ etiam carere pensionibꝫ q̃ ecõtra. Scḋs q̃n spõte p̃stãt nullã penitus habentes intentionẽ lucri nec vllo modo respiciũt p̃dictas pẽsiões sed moti sola charitate ⁊ pietate subueniẽdi necessitati ciuitatis: q̃uis ipas pẽsiões cũ dant̃ non respuãt. sed vt dona acciplãt.

Tertius q̃n sponte prestant ꝓ̃ncipaliter ex charitate vel pietate p̃dicta: attamẽ scḋario intendũt pẽsiones tanq̃ lucra. Quartus si in p̃stando secũdario tm̃ ⁊ nõ ꝓ̃mario intendant pensiones tanq̃ lucra: non peccant peccato vsure. etiam si a ꝓposito p̃stent p̃stãtias infra illud tempus infra qḋ dande statuũt̃ pensiones p̃stantibꝫ. ⁊ citra illud p̃stantibꝫ statuit nihil dandũ q̃ tamẽ nõ infra illud tẽpus vel ita cito p̃stitissent suas p̃stantias. Et huius quarti casus sũt duo exempla. Primũ si ciuitas imponit ciuibꝫ p̃stantias ⁊ offert se ad dandũ noĩe pensionis annue eis qui p̃stant centũ dũmodo infra tale tempus vt puta infra mẽsem p̃stent ea ⁊ si qui postea p̃starent: illis nullam vult assignare pensionẽ. Aliq̃s ciuis p̃stat centum infra p̃dictum tempꝰ ꝓpter pensionis p̃dicte cõsequende qui nõ tam cito p̃stitisset p̃stãtiam suam. Aliud exemplum eiusdem casus. Si ciuitas in mẽse nouẽbris imponit p̃stantias statuendo ꝙ his q̃ soluerint ifra p̃dictũ mẽsẽ tanq̃

dictum lucrū in kalendis ianuarij. illis vero qui soluerint post p̄dictum mēsem incipiat in kalēdis septembris aliq̄ ciues soluunt infra nouembrē vt eas incipiat lucrū p̄dictum in kalendis ianuarij q̄ al's diuti⁹ distulissent. Quītus q̄ ille q̄rtus casus sicut est licit⁹ in sponte mutuantib⁹: ē multo magis licit⁹ in coacte p̄stantib⁹. Secūda ꝯclusio. In q̄tuor casibus ciues p̄stātes peccāt recipiendo pensiones p̄dictas. Primus qñ sponte p̄stant p̄ncipaliter moti spe lucri p̄dictaꝝ pensionū. Scđs quādo quis a p̄ncipio vere coacte p̄stat: sȝ tñ postea sponte ꝯsentit in detentionē sortis sue motus ad illum cōsensum p̄ncipaliter spe lucri p̄dictaꝝ pensionū ratione mutui recipiendaꝝ. Tertius qñ quis sponte p̄ncipaliter ex pietate p̄stat. ꝛ tñ ē sibi cōscius ꝯsciētia vera vel erronea q̄ ciuitas inuite soluit pensionē. Quartus qñ vere coacte p̄stat ꝛ p̄seuerat etiam in sua inuoluntarietate detētionis: ꝛ tñ in recipiendo pēsiōes est sibi cōscius cōscientia vera vel erronea q̄ ciuitas inuite ei eas soluat. Prima cōclusio declarat̄ inductiue quo ad singulos casus. Prim⁹ itaq̄ȝ casus declarat̄ esse licitus ex trib⁹ causis, p̄pter quas tales ciues excusant̄ a peccato. Prima ē ratio coactionis. Scđa est interesse damni emergētis. Tertia est interesse lucri cessantis. Ex autē rōne coactiōis excusent̄ deducit̄ per octo p̄bationes. Prima est talis. Si peccarēt maxime peccato vsure eo q̄ p̄statio eorum est mutuatio in qua volūt recip̄e vltra sortem. sȝ hoc nō sufficit ad incausanduȝ eos de hoc peccato. q̄ꝛ peccatū vsure nō ē nisi in mutuatiōe volūtaria. p̄statio aūt in primo casu lȝ sit mutuatio tñ est coacta nō voluntaria. igit̄ in ea non ē peccatū vsure. Secūda p̄batio: peccatū vsure nō est nisi ī mutuatione q̄ est mutuatio s̄m p̄fectam rationem mutuatiōis. modo p̄dicta p̄statio nō ē talis mutuatio. igit̄. Minor p̄batur. q̄ꝛ ad p̄fectam mutuationē requirit̄ q̄ ibi nō sit diminuta volūtas. In p̄dicta aūt est diminuta voluntas. q̄ꝛ p̄mixta cū coactione coactio autē diminuit de voluntario. iij. ethicoꝝ. igit̄. Hāc scđam rōnem vna cum p̄ma dicit sanct⁹ Bernardin⁹ multum esse ponderandā videre suo: quā multi nō ponderātes et deuiantes forte a veritate iuris grauāt qđ minime grauādū est: vt ip̄e loq̄tur. Tertia p̄batio: licitū est ciuitati pensiones a ciuib⁹ coactis dare in eorū releuamen. igit̄ licitū est coactis ciuib⁹ accip̄e ratione sue coactionis. tenet ꝯsequētia. Primo ex identitate rationis. q̄ꝛ non videt̄ maior ratio cur vnū liceat rōne coactionis et non reliquū. Scđo etiā p̄ ꝯsequentiam a correlatiuis q̄ꝛ si vnuȝ liceat. etiā reliquū licebit. si eni tibi mihi dare licet: mihi ideȝ accip̄e licebit. Antecedēs probat̄. q̄ꝛ licitū est ciuitati p̄dictos ciues cogere ad p̄stantias soluēdas saltē modo tacto in p̄cedēti q̄stione. igit̄ antecedēs verum. tenet consequentia dupliciter. Primo a minori affirmatiue. naȝ cogere ciues qđ tendit ad grauamē ciuiū min⁹ videtur licere ciuitati q̄ȝ dare aliq̄d eis tendēs in eorū releuamen. Scđo q̄ꝛ generali⁹ potest ciuitas suos ciues releuare aliq̄d eis dādo q̄ȝ grauare ab eis aliq̄d exigendo. Nam ciuitas non licite pōt eos grauare exigendo ab eis aliq̄d sine causa rationabili: vtputa si ad faciendum bellū iniustū ab eis exigat: et tñ tales inuite grauatos iuste potest releuare. saltē de lucro iusto. ꝛ sic in casu in quo nō licet grauare licet releuare. ꝛ sic generali⁹ licet releuare q̄ȝ grauare. Quarta p̄batio. si primus casus non esset licit⁹. maxime ideo. q̄ꝛ ciuitas coacte solueret pensiones. ꝛ p̄ consequēs non licite reciperēt ciues ab ea aliquid vltra sortē eo q̄ mutuator non debet q̄d recip̄e a mutuatario illud qđ mutuatarius iuste soluit. Sec⁹ de omnino liberaliter oblatis. Sȝ hoc nō obstat: qđ dupliciter patȝ. Primo. nā ciuitas non coacte eis soluit pēsiones. q̄ꝛ si coacte: q̄ro a quo cogatur eas soluere nō a ciuib⁹ cū illi nō possint cogere ciuitatē. sȝ ecōtra poti⁹. nec etiā apparet ali⁹ a q̄ cogat̄. imo q̄ ab illis non cogat̄. patet q̄ꝛ adeo libera ē ciuitas q̄ nō solū non cogit̄ restituere sortē in toto vel ī p̄te vt patet ex p̄cedēti q̄stione in p̄ma supPositione. sȝ etiaȝ cum placuerit ciuitati se liberare: libera est ad dandū. xxviij. tñ pro centū: imo qñq̄ȝ nihil. Et etiam qñq̄ȝ non soluit pensionē annuā p̄dictā scȝ. v. de centum. sȝ qñq̄ȝ minus: imo qñq̄ȝ nihil. Hec aūt om̄ia indicant ꝛ arguūt q̄ ciuitas non est coacta ad pēsiones dandas. q̄ꝛ cogens eque cogeret eam ad restituendum sortem.

integram: et ad nunquam obmittendum soluere pensiones. etiam integraliter. Secundo idem patet quia dato quod coacte seu inuite solueret tamen illo non constat ciuibus: sed potius oppositum eis constat vel constare potest. quia oppositum possunt elicere ex verbis statuti: de quo in prima suppositione precedentis questionis: in qua ciuitas contrarium asserit. Modo non in certis sed in dubijs locus est coniecturis. Quinta probatio. quod non est licitum in lege: necessitas facit licitum vt patet in discipulis pre fame conterentibus spicas in die sabbati Matth. xij. Et in Dauid comedente panes propositionis cum alios non haberet. j. Reg. xxj. ergo mutuanti si coactus est licebit recipere vltra sortem. quiuis alias illud non liceret sibi. Modo in primo casu est coactus. et hoc tam ad mutuandum: vt patet. quam etiam ad recipiendum pensionem. eo quod alia via non potest sibi satisfacere de damno quod patitur et passus est ex prestatione. Has tamen rationes non multum pondero inquit sanctus Bernardinus: licet a plerisque in tali casu soleat assignari cum ipsa adduci possit pro libere mutuante supple de quo tamen ipse tenet quod non licite recipiat pensiones. Sexta probatio. quia in exemplo iam ponendo licitum est mutuanti recipere vltra sortem. Igitur etiam primus casus huius conclusionis erit licitus. Exemplum est tale. Aliquis voluit vti pecunia sua in mercanciis. nec illam proposuerat mutuare. attamen ab amico instanter requiritur quod vsque ad certum tempus mutuet sibi eam. Ille itaque sibi mutuat sponte et libere absque omni fraude vsurarum. Addito tamen quod predictus si in termino statuto non soluat sibi: soluere teneatur aliquantum vltra sortem. Si igitur deficiat amicus in termino: non soluendo sortem: potest mutuans predictum incrementum tanquam penam recipere a debitore ratione sui interesse: si vt predictum est pena non sit apposita in fraudem vsurarum. consequentia autem tenet: quia in exemplo iam posito non apparet multa violentia nisi detentio rei vltra terminum constitutum contra domini voluntatem: ergo multo magis licebit alicui in primo casu recipere vltra sortem: eo quod in illo casu non solum inuite vel contra eius voluntatem detinetur sors. sed etiam a principio sibi inuito aufertur: imo non solum inuite detinetur sors pro tempore sicut in predicto exemplo. sed pro semper: quia non potest ciuitas compelli ad restitutionem sortis: imo si etiam vult ciuitas restituere non restituet nisi. xxviij. pro sorte centum florenorum. Septima probatio est. quia in exemplo secundo etiam dando licitum est mutuanti recipere vltra sortem. igitur etiam primus casus est licitus. Exemplum est tale. Si mutuator qui sponte mutuauit damnificetur ex longa mora mutuatarij non soluentis vt deberet potest mutuator aliquid pro sui damni refusione recipere vltra sortem. extra de fideius. ca. peruenit. consequentia tenet a minori. Nam in predicto exemplo mutuator sponte mutuauit licet eo inuito detineatur sors vltra terminum. in primo autem casu mutuator nec sponte mutuauit. nec etiam eo libere consentiente detinetur sors: imo eo inuito et etiam tali detentione postquam nunquam restituetur ei sors. et etiam si restitueretur non nisi. xxviij. pro centum restituuntur. et ex tali inita mutuatione et detentione non parum damnificatur ciuis. et sic minus videretur predictum exemplum licere quam quod liceret predictus casus eo quod magis nata est vsura committi in spontaneo mutuo quam in coacto. Octaua probatio: licite quis recipit id quod sibi liberaliter donatur. iuxta illud Gregorij. Eius oblatio nullam maculam ingerit que non ex ambientis processerit petitione. j. q. ij. c. sicut episcopum. et eadem causa et questione. c. quam pio. et xiiij. q. ij. questa. Modo ciuitas libere donat ciuibus coactis predictas pensiones vt patet inspiciendo verba statuti in precedenti questione. igitur. Secunda causa propter quam primus casus est licitus est interesse damni emergentis que deducitur per tres probationes. Prima est. ciues qui vere sunt coacti prestare: patiuntur ex illa prestatione et detentione sortium interesse damni emergentis: vt patuit in secunda suppositione precedentis questionis. Modo sicut dans occasionem damni emergentis tenetur illud refundere mutuanti. sic mutuanti licitum est recipere vltra sortem aliquid in refusionem damni emergentis in tanta quantitate quantum est interesse. presertim si alia via ei satisfieri non potest. sicut ciues alia via satisfactionem obtinere non possunt a ciuitate quam recipiendo pensiones. ex quo ciuitatem cogere non possunt. et si solum reciperent tantas pensiones quanta est sors nondum esset satisfactum eis de suo interesse damni emergentis. igitur vltra sortem possunt recipere. Secunda probatio. si per superiorem meum damnificer siue directe et per se. pro ...

q ipse me dānificat vel indirecte seu p accidens: puta ex negligētia eius eo q nō purgat stratā publicā a latronibus a qbus fui spoliatus: licitū est mihi recipe ab eodem refusionem dāni. sicut ipse etiā tenet ad h. igitur sic etiā est hic. tenet ꝯsequentia a simili: qz etiā ciuitas habet supioritatez sup ciues z eius compulsione ciues patiunt damnuz emergens. igit. Tertia pbatio. licitū est membro recipe a corpe illud quo sibi succurrit ne pereat psertim si eius pditio redundaret in pditionem corpis: sicut z corpus tenet ad hoc illi ministradū. Ciuis coactus pstare est membrū reipublice. z ciuitas no mine reipublice dat ciuibus grauatis z damnificatis pensiones qbus succurrat eis in eorū damno ne omnino pereāt ciues. quorum pditio esset etiā destructio reipublice. igit licituz est illis ciuibus coactis recipere pensiones. Hāc pbationem sanctus Bernardinus non estimat bonā. quia etiam pcederet ad iustificandū ciuē sponte mutuantem etiam pncipaliter spe lucri quē tamen ipe non iustificat. Tertia causa ppter quaz primus casus videt licitus est interesse lucri cessantis que causa deducit p tres probationes. Prima est ista. in exemplo sequēti licitum est mutuanti recipe vltra sortem. igit etiam in casu pdicto. antecedens patz Si enī mutuatarius detinet sortem vltra terminū sibi cōcessum. z ex illa detentiōe mutuator impedit a lucro qd alias verisimilit fuisset ꝯsecutus per licitum negocium vel aliū moduz: poterit mutuator licite recipe z exigere a mutuatario aliqd vltra sortē p refusione cessantis lucri scz tantū quātum prudens vir dictauerit cōsiderando qntū eo tēpore alij per similē negociationem vel artem exercentes cū pecunia equali lucrati sūt. deducta tamē dubietate lucri eo modo quo supra declaratū ē in. q. xxx. ꝯsequētia tenet a minori. Nā minus videretur licere pdictum exemplū q q liceret primus casus. Nā in pdicto exemplo mutuator spōte mutauit et etiaz certus pbabiliter fuit de rehabendo sortem. z certior q si eam exercuisset in mercātia aliqua: quia in mercantia potuisset eam pdidisse. Sed hic ciuis mutuare fuit coactus z non est certus pbabiliter de rehabendo sortem: imo cum restituitur sors scit q non nisi. xxviij. p centum restituūtur. quare non soluz predictā pensionem poterit ciuis recipere p refusione lucri cessantis sicut mutuator in predicto exemplo potuit. sed etiaz p singulorem q ipe. Secūda pbatio. coacto licitum est recipe pensionez ratione damni ꝑpessi vt pcedens causa dixit. igitur etiam ratiōe lucri cessantis erit idem sibi licitum. tenet consequētia. quia cessatio lucri est quedaz dānificatio. Tertia pbatio. quia si non liceret eis ratiōe pdicta accipere pensiōes maxime ppter illa duo obstacula. Primuz quia talibus ciuibus sua lucra que eis cessauerunt non cessauerunt ppter carentiam pecuniaruz suarum pstitarum. quia pecunie eorū si fuissent apud eos nihil fuissent lucrate. quia pecunia nō est res lucrosa vel nata fructificare vel germinare et non valuisset domino suo (si eam habuisset) plus q seipaz. Modo quādo ratione lucri cessantis aliquid accipitur vltra sortem oportet q cessatio lucri proueniat ex carētia lucrose rei. id ē que nata fuisset adduxisse lucrum. Secundū obstaculum est. quia pecunia pstita habet rationez mutui q diu ē apud ciuitatem z non rationem capitalis Nihil autē habens rationez mutui vel sortis mutuate debet esse lucrosum mutuāti. z tamen si ciuis vellet sibi suum cessans lucrum refundi. eo q caruisset sorte pstita tā q re lucrosa: iam ratione mutui tāq rei lucrose vellet quid habere. Modo neutrū illorum duoruz obstaculorū obstat. Nā ad primuz dicendum q pecunia se sola. id est seclusa industria vtentis non est lucrosa. sz accepta cū industria est lucrosa. z plus valet domino suo q seipaz quando capitur sine industria. Et hoc sufficit q eaz mutuans et p cōsequens carens ea tanq re sibi amminiculāte ad lucrū: possit velle refusionem lucri cessantis sibi fieri per illuz qui pecuniam detinuit. z per cōsequens priuauit eum vsu pecunie cuius vsus cum industria acceptus lucruz attulisset. sicut impeditus locare vel inhabitare domum suam quam consueuit locare vel inhabitare pōt velle q sibi refundatur locagium vel lucz qd habuisset de domo si eam locasset vel inhabitasset. et tamen domus talis non est res nata fructificare vel lucrum afferre nisi cum industria locantis vel vtentis ea

q: est ista res artificialis sicut pecunia. Ad scdm obstaculum dicendum q lz pecunia nõ habeat realiter vim capitalis: habet tamen interptatiue seu ablatiue. quia exquo dominus vsus fuisset illa vt capitali suo: ciuitas ipa non abstulit sibi solam simplicem rationem pecunie. sed etiam capitalis Et ideo sibi tenetur tanq̃ de capitali. et ex tali rõne ciuitas satisfacit ciuib⁹ suis. Si etiaz arguatur. q non videt q ciuitas eis det pensiones ratione interesse dãni emergentis vel lucri cessantis. quia tũc vni pl⁹ daret q̃ alteri: hoc solutũ est in septimo defectu precedẽtis modi dicendi. Secundus autẽ casus pbatur esse licitus. quia si esset illicitus: maxime quia ibi eẽt mutuatio vsuraria. sed hoc non. q: mutuatio vsuraria ẽ mutuatio facta pter lucrũ. hec autẽ non conuenit scdo casui. igitur. Scdo q: coactus licite recipit pẽsiones. igitur multo magis sponte ex sola charitate pstans. tenet ɔsequentia. quia non minus pmiari meretur volũtaria charitas q̃ artata necessitas eo q non minor ratio possit esse dãni emergentis ꝛ lucri cessantis in voluntaria charitate q̃ in artata necessitate. Unde. ij. Corĩ. ix. Hilarem datorem diligit de⁹ Additur tamen huic casui q si talis spõte pstans credit suaz cõmunitatẽ: aut ciuitatẽ: aut dominũ pter exercendaz iniustã guerram: aut aliam iniustã causaz tali pecunia indigere: tunc sponte talib pecuniã mutuare est omnib malis inde sequentib efficacem causam ministrare. Et tunc non solum non potest licite aliquã remuneratio nem inde accipe. verũetiam omnib damnis et malis q̃ sine suo tali fauore data nõ fuissent nec facta: iuxta posse satisfacere obligat. iuxta illud extra de iniurijs ꝛ dã. dato. si culpa. Qui occasionẽ damni dat dãnum dedisse videtur. Tertius casus pbatur esse licitus. quia si nõ: maxime quia ibi esset mutuatio vsuraria: eo q mutuans intendit lucrum. sed hoc non arguit. q: secundaria intentio lucri non facit mutuationem vsurariam: vt vult glosa i caplo: cõsuluit. extra d vsuris. Et addit sanct⁹ Bernardinus. Quis inqt queso experientia teste (que magistra omniũ est de electione q̃ sit libro sexto quis inq̃ primaria intentione inductus ad quinq p cẽtenario cõmunitati vel ciuitati volũtarie mutuaret. considerato q longe pl⁹ lucraret expendendo eos in alios vsus licitos et honestos vbi haberet denarios suos etiam tutiores: cũ etiam si vellet centum mutuare cõmunitati nõ centũ: sed. xxv. vel. xxx. tñ poterit rehabere: ꝛ tamen si emeret p centum vnam possessionem siue domum cõmuniter pro tanto reuendere posset. Quartus casus pbatur esse licitus hoc modo. nam q̃uis ita sit q quando non tenet principale: etiã nec accessorium tenet. quia illud sequit naturam illius. de regulis iuri. accessoriũ. libro sexto. tamen non est sic econuerso. sed sepe pmittitur quid accessorie qd reprobatur principaliter. de pbẽdis. per litteras. i cle. Ad ppositum autem exquo mutuũ in casu nostro scilicet vbi mutuantes mutuãt principaliter ex pietate: ꝛ solum secũdaria intentione intendunt lucrum: nõ est corruptum. ideo non corrũpitur accessoriuz: sicut edificium supedificatũ vel qualitas subsequens inde que est eo citius mutuare scz infra mensem pfixum ne priuetur pdicto lucro vel ne illud tardius sibi currere incipiat. Exquo enĩ tale lucrum licitum est non est multum illud appetere. Qd qdem p simile intelligi potest. donat mihi cõmunitas mille: si infra mensem pergo ad exercitum: aliter non. Aut etiaz mihi donat mille recipienda infra sex menses si ad exercitum pergo infra mensem. Si autem post mensem: quingentos tñ vel mille: sz tamẽ infra annum recipiendos. Nempe si vt illa citius cõsequar: seu vt illa aliter non cõsecuturus acquiraz migrabo infra mẽsem nullam tunc cõmitto vsuram seu peccatũ. Nec obstat si dicat. hic non esse mutuũ sicut in casu nostro. quia exquo sicut predictum est licitum est lucrum. ideo licite desiderare potest: etiaz se eo citius disponẽdo ad eius assecutionem. ita etiam cum lucrũ ex mutuo cõsequendum sit licitũ quando non est pncipaliter intentum: licite desiderari potest. etiam se eo citius disponendo ad eius assecutionez. Quintus casus pbatur duplicit. Primo a minori. quia minus videretur licitum nõ coacto eo citius prestare vt assequeret lucrum q̃ coacto: eo q omni coacto licet recipe pẽsiões [illegible] tanter. sed nõ omni sponte mutuanti [illegible]

quia non licet sponte mutuari intendenti principaliter lucrū. Secūdo probat᷑. quia pbatio quarti casus eque applicari potest huic quinto casui: eo ꝙ coacte mutuans intendens pensionem accipere facit actū de se licitū. ⁊ illud est principale. Accessoriū autē eius est eo citius mutuare vt accipiat cit⁹ pensionem illam vel maiorem. igitur cum principale est licitū. etiam accessorium erit licitū. Secūda aūt conclusio pbatur quo ad primū casum multis argumentis. sed qꝛ illa argumenta non concludunt verum. ⁊ p consequens venīūt soluēda. ideo p nunc non recitabunt᷑. sed in tertio modo dicendi recitabuntur et soluent᷑ Quo vero ad scd̄m casum potest sic pbari quia consentire detentioni sortis mutuate est mutuare. igitur sicut mutuare principaliter ꝑpter lucrū est peccatum vsure. sic consentire detētioni sortis mutuate principaliter ꝑpter lucrū: erit etiam peccatum vsure Antecedens probat᷑ exemplariter. Naꝫ si mutuo tibi centū restituenda mihi in fine anni. ⁊ aduenīente fine cōsentio vt vltra finem anni detineas: eoipso quo sic ꝯsentio vlteriori detentioni mutuo tibi eadē cētuꝫ ⁊ si principaliter ꝑpter lucꝝ consentirē: peccarem peccato vsure. Quo vero ad tertiuꝫ casum probat᷑. quia si excusaret᷑ recipiēdo: maxime quia reciperet illud vt donum. sꝫ hoc non. quia mutuator non potest recipere aliquid per modū doni a mutuatario si est cōscius sibi ꝙ mutuatari⁹ inuite soluit: vt patuit supra. q. xxix. quo vero ad q̄rtuꝫ casum pbatur eodem modo sicut tertius.

Contra istum modū dicendi arguitur improbando euꝫ in. xxiiij. in quibꝫ deficit. Primo qꝛ supponit ꝙ prestatio ciuiū sit vera mutuatio qd̄ est falsuꝫ. quia prestatio fit irreuocabiliter. Irreuocabilis autē prestatio non est mutuatio: vt patuit supra. q. xxxiij. Et etiā patebit in tertio modo dicendi latius. sed tamē etiam dato ꝙ esset vera mutuatio adhuc sequentes defect⁹ habebūt suū locuꝫ.

Secūdo deficit. qꝛ in excusando primū casū ponit tres causas excusantes distinguēdo primā causam a secūda ⁊ tertia. q̄ tamen non habet excusare nisi p quāto coincidit cū scd̄a vel tertia. qd̄ sic patet. Naꝫ si pstatio est vera mutuatio. ⁊ ciuis ē vere coactus ⁊ nullū patiat᷑ interesse: non poterit pensionē pcipere si simpliciter sponte mutuauit. Qd̄ ideo addo: qꝛ bene posset pcipere eam alia via: vtputa vt donū. si omnino liberaliter vt donuꝫ sibi dat᷑ a ciuitate. Sed tu assignādo primā causā excusantē primū casū vis assignare causam ꝓprie respicientē ⁊ singulariter excusantem coacte mutuantē. igitur prima causa non est excusans nisi coincidat cū interesse. Si tu dicis stat ꝙ ciuis vere coact⁹ ex carentia sue pecunie nullū damnū emergens patiatur: vtputa non cogit᷑ aliquid vendere vel distrahere de rebus suis ꝓpter carentiā pecunie. nec etiam impedit᷑ a consecutione cuiuscūqꝫ lucri eo ꝙ nihil intendebat agere cuꝫ pecunia. ⁊ sic nullū lucrū sibi cessat. et tamen ꝓpter affectiōeꝫ ad pecuniā promptā adeo inuite caret ea ꝙ mallet pdere q̄nqꝫ florenī. q̄ꝫ carere eadem. iam ratōne coactionis q̄ eū ad rem ita penaleꝫ ducit: poterit recipere pensionē q̄nqꝫ florenī. ⁊ tamē nullū est ibi interesse. igit᷑ nō oportet coactionē coincidere cū interesse ad hoc ꝙ excuset receptiōeꝫ pensionis. Dicendū ꝙ pati interesse dāni emergentis non est solū pati pditionē aliquarū rerū exteriorū iam habitarū: sꝫ etiā sustinere tristiciā siue tristem carentiam rei amate ꝑsertim si tristis carentia rei ē ita aduersa ꝙ mallet carere aliquāta pecunia potius q̄ꝫ sustinere illam tristiciam. ⁊ ideo eoipso ꝙ ciuis adeo inuite caret sua prompta pecunia quā amat (q̄uis nullā rem exteriorem perdere cogat᷑. vel nullū lucrū externum fuisset ꝓsecut⁹) dicit᷑ pati interesse dāni emergentis vnde perdit consolationem vel leticiā mentis. Tertius defectus est etiam si ratio coactionis distingueret᷑ ab interesse. ⁊ est talis: quia si ratio coactiōis excusaret mutuantē. igit᷑ etiaꝫ excusaret si coactus reciperet pensionē ratione mutui ꝑstiti. ita ꝙ intentionem suam reflecteret ad mutuū impensū ⁊ ratione illius vellet habere pensionem ⁊ non ad coactioneꝫ sicut non est necesse eum ad coactionē reflectere intentionē. Sequela pbat᷑: qꝛ ratio excusans haberet locū in eo. qꝛ verū esset dicere ꝙ esset coact⁹ ꝑstare. ꝯsequens ē falsuꝫ. qꝛ q̄ntūcunqꝫ sit coact⁹ non est tamē licitū ratione mutui quid recipe. qꝛ illa via vel ratione recipere velle ē damnatū lege diuina

Non igit͛ absolute sufficit dicere: ille ē co-
actus mutuare. igit͛ põt q̇d recipe ultra sor-
tem. sʒ opteret addere. igit͛ põt rõne trista-
bilis coactiõis sibi illate recipere q̇d ultra
sortē in refusionē tristabilis ꝑpesse coacti-
onis. non aũt absolute ipa coactio excusa-
bit receptiõeʒ incremēti. Quart⁹ defect⁹
est: staret q̄ ciuis fuisset rationabiliter ⁊ iu-
ste coact⁹: utputa i casu q̄ met tenebat͛ mu-
tuare ciuitati. Modo ꝓ tali coactiõe per-
pessa nihil põt recipe. saltē si tāꝫ sibi debi-
tū vellet hr̄e. q2 gratis debebat eā sustine-
re. sicut in aliis actib⁹ q̄s q̄s al's tenet͛ exhi-
bere. primo nõ debet q̇d velle exigere: imo
etiā aliq̄n ꝓ illis q̄s non tenet͛ exhibere: ni-
hil põt exigere. sicut ꝓ mutuatõe in casu q̄
est ꝯsilii nihil põt exigere a ꝓrio. sicut nec
ꝓ mutuatiõe q̄ est p̄cepti nec ꝓ elemosyna
existente p̄cepti. Opteret igit͛ supponere q̄
ciuis eēt iniuste ⁊ iniuriose coact⁹ si ꝓ refu-
sione coactiõis ꝑpesse q̇d recipe vellet: cui⁹
ꝯtrariū tn̄ frequēter est verū. Et sic vt fre-
quēter illa causa non sufficeret excusare ci-
ues coactos. Quint⁹ defect⁹. q2 etiā in-
iuste coactos nõ sufficeret excusare nisi q̄n
p̄sio quā in refusione iniuriose coactiõis
ꝑciperēt nõ excederet penalitatē coactiõis
Nā si excederet eā notabiliter tūc vellēt si-
bi iproporcionatā refusionē fieri illati qd̄
ē iniquū. Sext⁹ defect⁹ ē in p̄ma ꝓbati-
one: q2 minor est falsa. Nā q̄uis coacta sit
talis p̄statio nõ tn̄ coacta absolute sʒ soluʒ
ꝯditionaliter. sicut ꝓiectio merciū in mari
ē coacta ꝯditionaliter. ⁊ tn̄ est voluntaria.
Coactio eni ꝯditionalis stat cū volūtario
⁊ si nõ cū puero volūtario: tn̄ mixto volū-
tario Modo ad hoc q̄ mutuatio sit sedes
peccati vsure nõ req̇rit͛ q̄ sit pure volunta-
ria: sʒ sufficit si sit etiā mixte volūtaria dū-
modo mutuās recipiat q̇d ratione mutui.
Septim⁹ ē in scd̄a ꝓbatiõe. q2 q̄uis mi-
nor sit vera: non tn̄ ex illa causa ex q̄ ipe di-
cit eā esse verā. Nā ad ꝑfectā mutuationē
non req̇rit͛ q̄ ibi non sit diminuta volūtas
Nam etiā vbi ē diminuta voluntas: ita q̄
mutuans non libenter: sed timore pene du-
ctus mutuat vl' hmõi: nihilomin⁹ est vera
mutuatio ⁊ ꝑfecta in rõne mutuatiõis: q̄uis
nis non sit ꝑfecta in rõne voluntarii actus
Unde lʒ sanctus Bernardin⁹ illas duas
ꝓbationes dixerit põderandas esse: tn̄ nõ

videt͛ alicui⁹ põderis esse. Octau⁹ defe-
ctus est in tertia ꝓbatione. Nam ꝯsequen-
tia non videt͛ valere ꝓpter duas instantias
Prima: nā inuaso a latrone licitū est res su-
as dare latroni. ⁊ tn̄ latroni non licet illas
recipe. Unde inuasus nõ cõmunicat i cri-
mine cū latrone. q2 inuasus nõ ꝯsentit i vi-
tiosā acceptionē: sʒ in solā suam dationē.
Scd̄a instantia est. nam dans vsuras non
peccat. ⁊ tn̄ vsurari⁹ accipiēs peccat. Ad ꝓ-
bationes ꝯsequentie Ad primā diceret͛ q̄
ē maior ratio de dante cur liceat q̄ de acci-
piente. q2 danti non est datio ꝓhibita sicut
accipiēti vt pʒ in vtraꝫ instātia. Ad secū-
dam ꝓbationē dicēdū q̄ regula in correla-
tiuis nõ valet respectu illi⁹ qd̄ ē licere. sʒ re-
spectu ē scd̄o adiacentis. vt si pater ē fili⁹ ē
⁊c. Non aũt seq̇t͛. licitū ē tibi esse filiū. igi-
tur licituʒ ē tibi eē patrē. Sic si loquamur
in improprie dictis relatiuis qualia vocāt
aliq̄n iuriste actiuū et suū passiuū ad iuicē
non sequitur. licitū est tibi ꝯcupisci ab illa
muliere. id est nõ est tibi peccatū q̄ ꝯcupi-
sceris ab illa. igit͛ licitū est illi mulieri te cõ-
cupiscere: ita etiā de dare ⁊ accipe diceret͛.
Non⁹ defect⁹ est: q2 dato q̄ ꝯsequentia
valeret. tn̄ illa ꝓbatio non ē ꝓpria p̄mo ca-
sui scʒ de ciuib⁹ coactis. nec etiaʒ ꝓpria cau-
se coactionis. qd̄ pʒ. q2 vel antecedēs intel-
ligit͛ de datione ꝑ modū doni vel ꝑ modū
refusionis interesse. ⁊ vtroꝫ modo antece-
dens est verū. ⁊ etiā ꝯsequens intellectū d̄
ꝯsimili receptiõe. Sʒ tūc hec ꝓbatio non
pl⁹ ꝓbat q̄ coacto liceat recipe q̄ non co-
acto. Nam etiā spõte mutuāti licitū ē reci-
pere dona a ciuitate liberaliter donata. et
etiā ea q̄ ei dant͛ ꝓ refusione iteresse ꝑpessi.
Et sic hec ꝓbatio non est ꝓpria casui i quo
ciuis est coact⁹. Nec etiam est ꝓpria cause
coactionis. sed etiā ꝯuenit cause interesse.
Decimus est in quarta ꝓbatione. Naʒ
si aduersarius vellet tenere q̄ ciuitas inui-
te ⁊ coacte solueret. tunc diceret q̄ ciuitas
cogit͛ timore murmurationis ⁊ maliuolen-
tie quā timeret incurrere si nõ daret eis pē-
siones. soluere autē ex timore maliuolētie
est sufficiens ratio ad dicendū q̄ soluens
soluit coacte tali coactione qualis sufficit
ad hoc q̄ mutuāti non liceat illud recipe a
mutuatario nisi habeat aliam ratiõeʒ illō
recipiendi q̄ dationem dantis. Nā supra

habuim⁹ q nō licet mutuatori recipe a mutuatario ea q mutuatari⁹ idō dat. qr tim et si nō daret q haberet p indiscreto. z q post ea cū indigeret nō inueniret eū beniuolum ad mutuādū. Ad improbationē dicēdū q lz ciuitas sit a pdicto timore libera aliqn sic q nō curet incurrere maliuolētiā ciuiū qui nō vult restituere sortē nec etiā assignare aliqn pēsiōes, tn̄ nihilomin⁹ stat aliqn z vt frequēter nō ē libera qn pdicto timore cogat eis soluere. z si non oīa que ciues optarēt: tn̄ aliqd scz pēsionez vt saltē nō tā magnā maliuolētiā incurrat. Itē etiaz dato q ciuitas inuite z coacte solueret si tn̄ ciuis indebite patiat interesse. posset tātā pēsionē pcipe qntū est interesse nō obstante q ciuitas inuite solueret. Ideo nō est verū qd in argumento assumit scz si videret primus casus eē illicit⁹ maxime ex eo qr ciuitas inuite soluit. Undecim⁹ defectus ē in qnta pbatiōe. Nā si qd pbaret nō pbaret nisi q coactio reddit excusabile illd super qd cadit seu ad qd fit. Et ita haberet q ciuib⁹ eēt licituz mutuare ciuitati: qr ad mutuationē cogunt. nō aūt haberet q eis eēt licitū accipe pēsiones: qr a ciuitate non cogūt ad illas pcipiēdas. Preterea si dicz q̄uis a ciuitate nō cogant ad eas pcipiendas. tn̄ aliūde cogunt ad eas pcipiendas. qr non ptz eis alia via ad refusionē sui interesse qd ppessi sunt in pstando. fateor: sed h non pl⁹ ꝯcludit de coacto mutuante q̄ de eo q sponte mutuauit z passus ē interesse p cui⁹ refusione nō ptz sibi via nisi recipiēdo pēsiones. Preterea antecedēs nō ē verū nisi pticulariter. Nā multa sūt q nūq̄ redderent licita qntūcunq̄ homo ad ea nō cogeret. Un̄ phus. iij. ethicor. quedā nō est cogi: sz poti⁹ forte moriēdū. Modo ex pticularib⁹ nihil seqt. non eni sequit. aliqn necessitas vel coactio excusat. igit in hoc casu excusat. vn̄ qn furtū non iputat patiēti extremā necessitatez. z hoc rōne necessitatis est q facit rem quā accipit esse suā. ideo nō accipit rem alienā sed suam. z p ꝯsequens nō peccat. nō sic necessitatē extremaz patit ciuitas accipiēdo pēsionē. Duodecim⁹ defect⁹ ē in sexta z septima rationib⁹. qr dato q ꝯcludāt verū. tn̄ non ꝯcludūt pl⁹ de coacte mutuante q̄ de sponte mutuāte vt ptz intuenti. z p ꝯsequens nō sūt ille pbationes ꝯtrarie huic pmo casui. z etiā ille rationes pcedūt ex causa interesse. z sic coincidūt cū scda z tertia causa. Et etiā singulariter i exēplo sexte pbatiōis deficit in h q ptendit q qn quis recipit aliqd nomie pene a suo mutuatario moroso. tunc recipit noie interesse. ita q illa duo ꝯiūgit q̄si sint vnū qd ē tn̄ falsū. qr lōge differūt noie pene z noie interesse recipe vltra sortez adeo q primū pōt eē non subsistēte scdo. scz qn nullū interesse passū est q̄uis vtrūq̄ i certo casu possit licite recipi: put patuit ex distinctio ex dictis. q. xxx. z. xxxi. Tredecim⁹ defectus ē in octaua pbatione. qr nō pl⁹ pcedit de coacto q̄ de spōte mutuāte. igit nō est ꝯtria pmo casui. z etiā ex ea ptz q excusando coactū nō est tm̄ recurrendū ad tres pdictas causas. sz etiā ad illam q̄rtam recurri pōt q ē distincta ab aliis trib⁹.

Decimusqrt⁹ defect⁹ ē i deductōne scde cause excusantis. Naz q̄uis vez sit q coactus pōt excusari si recipiat eas p iteresse dāni emergentis sibi: tn̄ p illam viam non pt sufficiēter iustificari qlib3 ciuis etiaz vere coactus. qr stat q aliqs ciuis coact⁹ z q̄ est interesse passus: nō sit passus tantū interesse qnta est pensio quā recipit. Itē stat q ciuis fuisset de se obligat⁹ ad nō solū mutuandū ciuitati. sz etiā ad sustinendū interesse ꝯsequēs ad illā mutuationē. Modo i pmo casu non pōt noie iteresse recipe mutuans tantaz pensionē qnta dat: z in scdo casu lz posset recipe si spōte sibi offerat vt donū. tn̄ nō pōt velle exigere q̄si sibi sit debitū. z per cōsequens nec noie interesse qr nō indebite est illud passus. sz iuste z debite. put de illis sufficiēter dictuz est supra. q. xxx. de conditionib⁹ reqsitis ad hoc q mutuanti liceat qd recipere nomine interesse.

Decimusquint⁹ defectus ē. quia scda pbatio ibidē pcedit de casu iniuste dānificationis: sed frequēter ciues coacti sicut non iniuste cogunt ad prestandū sic nō iniuste pstatur eis occasio dāni inde emergentis. z sic de talib⁹ nihil ꝯcluderet. Decimussext⁹. qr tertiā pbationē non vult pōderare tanq̄ validā eo q eque ꝯcludit ꝯtra eū sicut p eo. z tn̄ nō soluit. Itē loquit ac si ipa falsū ꝯcluderet qn formaret de spōte mutuante: z tn̄ vez ꝯcludit si sponte mutuās sic indiget releuamine sicut coact⁹ indiget.

Potest enī ille ciuis vt membrū corporis mystici tūc pensionem recipere a suo capite vel corpore in sui salutē ne omnino pereat. Si autem non in releuamen sed in lucrum recipet: tunc p̄dicta ratio non cōcluderet de taliter sponte mutuāte. q2 lucrum non reciperet a corpe vel capite id sibi dante ne periret. Decimusseptim⁹ est in deductione tertie cause. Naȝ exemplū p̄mū p̄cedit de eo qui mutuat in casu quo nō tenetur mutuare scȝ quādo mutuatio ē ɔsilij Nam quādo mutuatio est p̄cepti stat ꝙ sicut tenet mutuare sic tenetur pati interesse lucri cessantis qđ sequit ad mutuationē. ⁊ tunc q̄uis refusionē interesse libere oblatam per modum doni posset recipe tamen non posset exigere vel velle habere ab iniusto. Modo in casu nostro stat ꝙ ciuis tenebatur de se ⁊ ex p̄cepto ad mutuandū ciuitati adeo ꝙ etiā tenebat ad patiendū interesse lucri cessantis. igit non poterit pensionem velle exigere ⁊ habere de iure in refusionem lucri cessantis. Et ꝙ dicit ꝙ magis videret d̄ coacto q̄ȝ de sponte mutuāte nō est verum nisi quādo esset iniuste coactus sec⁹ quando iuste. ita ꝙ tenebat ad huiusmodi p̄stationē. nec incertitudo sortē rehabendi excusaret. q2 stat ꝙ teneat ad sustinendam talem incertitudinē rehabēdi sortem quā sustinere non tenebat mutuās in exemplo dato. Nec hoc debet sumi i excusationē scȝ ꝙ quādoqȝ eis dat minor pēsio q̄ȝ q̄nqȝ de centū ⁊ quādoqȝ nihil. Nā etiā vnū florenū vel vnum solidū velle habere ratione mutui vbi est verū mutuū ē peccatum vsure etiā si nihil in effectu cum habere cōtingat. Decimusoctau⁹ est in solutione scd̄i obstaculi tertie p̄bationis. Naȝ solutio est obscura ⁊ etiam sibiipsi videtur cōtradicere in hoc ꝙ dicit ꝙ pecunia non habet realiter vim capitalis: ⁊ tū ɔcedit ꝙ habet rationē mutui q̄ videnf sibi cōtradicere. si enī habet rationē mutui habet rationem sortis mutuate. igit habet rōnem capitalis. q2 sors dicit capitale. Unde deberet ɔcedere ꝙ non solū interp̄tatiue sȝ vere habet rōnem capitalis vere mutuati. ⁊ sic habet rōneȝ mutui. Et cum arguit ꝙ si habet rōneȝ mutui. igit nihil pōt inde recipe Dicendū esset ꝙ de pecunia vel ratione ei⁹ nihil potest exigere vel recipe. sȝ tū ratiōe cessatiōis lucri: q̄ cessatio vtiqȝ ē res distincta a pecunia p̄stita pōt q̄d recipe. Decimusnon⁹ est in scd̄a p̄batiōe scd̄i casus lucri. q2 illa p̄batio p̄tendit q̄si spōte mutuās ex sola charitate non possit recipe nisi subsit interesse aliqđ ppessum: qđ est falsū. q2 etiam si nullū tale subsit potest recipe pensiones vt dona sicut et ratio eius de dono videt velle loqui cum ait. Nō min⁹ p̄miari videt volūtaria charitas q̄ȝ artata necessitas. q̄uis postea subdat de interesse. ⁊ sic inuoluit vnam causaȝ recipiēdi alteri que tū sunt distincte. Uicesim⁹ defect⁹ est in additiōe eiusdē casus. Nā illā additioneȝ etiā deberet addere ad p̄mū casū. q2 si etiā ciuis coacte mutuaret ciuitati ad guerraȝ iniustā peccaret mortalit. et daret efficacē causā dānis inde sequentib⁹. peccaret inq̄ȝ mortaliter talis lȝ coactus si sciret p certo secus quādo dubitat. q2 in dubio excusat sicut ⁊ excusaret p̄sonaliter iuuādo ciuitatem i tali bello dubio p̄pter hoc ne nō obediendo in dubio exponat se periculo denegandi debitū obedientie ciuitati. Et hoc fundari pōt in caplo. inquisitioni. de snia excōmunicatiōis. sȝ verū est ꝙ singulariter in scd̄o casu opus ē illā additiōeȝ facere ⁊ nō in priori casu. q2 etiaȝ in dubio de belli iusticia nō excusaret si spōte mutuaret ciuitati ad bellū de q̄ dubitaret si eēt iustū cuȝ bñ posset eē supportat⁹ a tali auxilio Uicesimusp̄rim⁹ ē in tertio casu quādo addit dicens. Quis queso ⁊c. Nā hoc dicēdo innuit q̄si non ɔtingat ꝙ ciuis p̄stet ciuitati p̄ncipaliter spe lucri. ⁊ sic deberet indistincte omnē spōte p̄stātē excusare. q2 semp talis posset accipe pensionē ratione lucri cessantis maioris q̄ȝ esset pensio. ⁊ tamē oppositum innuit quādo tractat de spōte p̄stāntibus p̄ncipaliter spe lucri cōdemnando tales: vbi supponit ꝙ talis prestatio ɔtingat aliquādo sicut ⁊ verū est: vt si cursus regionis tunc talis esset ꝙ ille ciuis non haberet oportunitatē suaȝ pecuniā ponendi ad mercantias vel ad emenduȝ possessiones. ⁊ sic pecunia esset sibi ociosa. tūc enī vt aliquid lucraret poneret eaȝ ad p̄stantiā ciuitatis. ⁊ q̄uis dicat ꝙ rarius ɔtingit. tamē cōtingit: ⁊ dato ꝙ ille rarius cōtingeret tamen sibi equiualens sepe ɔtingit ... spe lucri principaliter motus sponte ...

iura eius qui pstitit ciuitati. In quo casu emes virtualiter sponte mutuat spe lucri.

intendãt. Septima: quia alius canon ex eadem epistola ait. vnicuiqꝫ laicorum peccatum est nisi mutcem sibi in his que ad cõmunis vite vsum pertinent: operam fideliter dederint. Igitur cum negociari pertineat ad vsum cõmunis vite: quia ꝑ ipsum apportantur merces necessarie reipublice: sequitur ꝙ non solum possunt laici negociari sed etiam debent ad hoc esse vt aliqui exerceant huiusmodi actum dummodo fideliter seruiant. Secundo probatur conclusio tribus rationibꝰ. Prima. quia si eēt indistincte illicitus dicendus: maxime ꝓpter mendacia ⁊ periuria que sepe in eo cõtingunt prout euꝫ culpat Cassiodorus super predictum locum Ps̃. dicens Negociatores illi abominabiles existimantur: qui iusticiam dei minime considerantes ꝑ immoderatũ pecunie ambitum polluunt merces suas plus periurijs onerãdo q̃ꝫ ꝓcijs. lxxxviij. distinc. c. quid est. modo hoc non arguit eum indistincte dicendũ illicitum: quia tunc eadem ratione actus artificum mechanicoꝝ qui exercent artes approbatas ⁊ agricolarum etiam essent indistincte dicendi illiciti: quia etiã in illis sepe cõtingunt mendacia ⁊ nõnunq̃ꝫ ꝑiuria. Nã ⁊ sutores vendendo calceos ⁊ agricole vẽdendo frumenta sepe mentiuntur. Cõfirmatur hec ratio: quia sicut artes mechanice existentes vtiles vel necessarie reipublice nõ damnantur eo ꝙ licet circa exercitia illarum artium contingant peccata: tamẽ illa nõ sunt vitia ipsarum artium nec actuũ procedentium ab eis in se sed sunt vitia hominũ abutentium vel nõ debito modo exercentium artes. Ita status vel ars negociandi nõ debet damnari nec etiam actus negociãdi: eo ꝙ licet circa huiusmodi actũ contingant peccata: tamen illa nõ sunt vitia ipsius artis ⁊ actus eius sed hominũ nõ debito modo illum actum exercẽtium. Et hec ratio ⁊ cõfirmatio sumitur ex augustino qui super predicto loco Ps̃. in persona negociatoris loquens sic ait. Ego mentior non negocium. Possum enim sine mẽdacio dicere: tanto emi: sed tanto vendam si placet eme. quomodo ergo reuocas me a negociatione: omnes artifices mentiuntur: et agricole. hec ille: et ponit. lxxxviij. distinc. c. quoniam. Secunda ratio. Si esset indistincte dicẽdus illicitus: maxime propter illa tria: scꝫ propter auiditatem et cupiditatem acquirẽdi temporalia ex qua sepe procedit ille actus. Secundo etiam quia fit propter hoc vt quis immensas diuitias habeat. Tertio etiam propter hoc: quia negociatores optant carum tempus vt possint carius vendere annonã q̃ꝫ seruauerunt: aut alias merces quas comparant vt reuendant. Sed hoc nõ arguit eũ indistincte dicendum illicitum: quia et si hoc modo fiat in malo negociatore: tamẽ i bono potest nõ hoc modo fieri. Nam stare potest ꝙ ipsa negociatio fiat sine predictis circumstantijs: vtputa non ex cupiditate sed necessitate prouidẽdi sibi ⁊ familie sue: non etiam sine desiderio caristie superuenture. Causa igitur ꝙ in malis male fit: nõ propter hoc ꝙ actus absolute sit damnandus: sicut nec actus agriculture vel mechanice artis: licet per malos etiam male fiat. Confirmatur: quia alias etiã oporteret actus artium mechanicarum damnare: eo ꝙ etiam fiunt sepe predictis modis: scilicet ex auiditate ⁊c̃. Et hec ratio ⁊ cõfirmatio sumitur ex augustino vbi prius. nã loquens de negociantibus predicto modo dicit sic. Uis vt optem carum tempus vt possim vendere annonam quã seruaui sed hoc non faciũt boni agricole: sicut nec illa boni negociatores. Est peccatum habere filios qui quãdo eis dolet caput: matres infideles querunt eis ligaturas sacrilegas ⁊ incantationes: omnia ista sunt peccata hominum: non rerum: ⁊ infra in persona negociatoris. Noli me prohibere a negociatione: negociatio enim non me facit malum sed iniquitas mea ⁊ mendaciuꝫ meum: hec ille. Tertia ratio. Nullꝰ actꝰ existens nõ tm̃ vtilis sed etiam necessarius reipublice hominum est indistincte damnandus tanq̃ꝫ illicitus. Negociatio est huiusmodi: igitur. Maior probatur: quia da oppositum: seq̃retur ꝙ deus precepisset humane reipublice aliquid impossibile. Nã precepit ei vt vitet omnem actum qui ẽ indistincte damnandus: vt illicitus: ⁊ tamen aliquis talis esset sibi nõ tm̃ vtilis sed etiã necessarius: ⁊ per consequens eius carere

nā impossibilis. Minor probatur: q2 ille actus est non tm̄ utilis sed etiam necessarius reipublice hominum sine quo non prouideretur nec prouideri possz defectui hominum non solum multiplici sed etiaz importabili. Negociatio est huiusmodi. nā nō potest homo intendere omnibus artibus necessarijs pro sua sustentatione: puta vt simul sit vineator: pistor: faber: sutor: sartor: macellator: rusticus: z sic de alijs īnumeris quibus indiget. Oportet ergo q varij varijs intendant. Cum igitur in aliquo regno deficiant res hominibus illius regni necessarie: opus est vt illuc adducantur ex alio regno vbi inueniuntur: z nō solum opus est talia adduci sed etiam adducta industriose conseruare: vt cum homines eis indigeant ea inueniant integra z incorrupta z in prompto. igitur op9 est illa emi vt distrahantur alibi. Et q2 nō sine expensis: curis: z solicitudinibus ac periculis tā rerum q̄ aliquando personarum atq3 etiā aliquando nō sine damnis possunt aduehi z etiam conseruari. dignum est vt expēse sibi soluantur z opere eius: cure: solicitudines z susceptio periculorum z damnorum refundantur ac remunerentur: imo necessarium est vt id fiat: quia sine tali solutione z remuneratione nemo subiret nec faciliter continuare posset. Hec autem solutio z remuneratio fienda est adductori z cōseruatori a republica cui seruit vel a priuatis. puta illis qui emunt: z quia primū non fit: sequitur q secūdū necesse est fieri. Igitur adductor z conseruator poterit vendere illa carius q̄ emerit. z sic lucrari id ē vltra sortem precij quod exposuit aliquātū exigere. Modo hoc est negociari. igitur sine negociatione non prouideretur multiplici atq3 importabili defectui reipublice hominum. Igitur negociatio nō modo vtilis sed necessaria est reipublice hominum Unde adductor talium rerum potest licite vltra preciuz quod exposuit accipe tātū quantum est commensuratum illis quattuor vel quinq3 simul collectis scz principaliter expensis quas fecit in adductione vel etiam conseruatione. Secundo curis et solicitudinibus eius. Tertio operis industriosis quas adhibuit in adductione z cōseruatione. Quarto susceptioni periculi quod sibi imminuit in adductione et conseruatione talium rerum z eadem ratione pro perpessione damni sine sua culpa contingentis. Et ratio huius quarti z quinti ē Nam ex quo periculo suo adducit z cōseruat poterit secure accipere aliquid qđ correspondeat tali periculo: vtputa dedisz tātundem q securus fuisset q illa res in adductione z cōseruatione non fuisset periclitanda. Similiter ex quo quādoq3 sine sua culpa in tali seruitio cōmunitatis damnificatus est: vtpote mercator trāsferens amisit nauem onustam maximis bonis z alius quandoq3 ex incendio casuali amisit pciosissima qui custodiuit pro republica poterit etiam in reliquis mercibus aliqđ accipere pro aliquali releuamine illius pperpessi damni. Naz si talis negociator conduceretur a republica licite posset in conductione sua omnia talia metiri. et fm omnia illa exigere mercedem ab ea. Igitur cum deficiat rector reipublice ī dando ei mercedez cōdignā: poterit ipse sibyps prouidere fm condignū. Quis enim (vt ait Paulus prime Corinth. ix.) militat suis stipendijs vnquā? quis plantat vineaz z de fructu eius non edit? quis pascit gregem z de lacte gregis non manducat? Scriptum enim est. Non alligabis os boui trituranti quoniam debet in spe qui arat arare: z qui triturat in spe fructus percipiendi. et christ9 ait. Dignus est operarius mercede sua. Attamen ex quo nemo est bonus iudex in causa ppria: iō cū ipse sibyps arbitrari vult quātitatem eius quod sibi liceat accipere vltra precium quod exposuit: non modo predicta inspicere habet sed etiam seruanda sūt alia quedam que infra tangentur questione quinquagesima sexta vbi dicetur: penes quid attenditur valor rei que est distrahenda.

Secūda conclusio.

Non est indistincte dicendum q act9 negociandi sit licitus. Probatur dupliciter. Primo autoritatibus quia multe auctorites damnant exercentem illum actuz tan q̄ damnatum z vitandum a quolibz christiano qui nō vult eijci de ecclesia. Hoc ia

tem non esset si indistincte esset licitus. Antecedens probatur enumerãdo quattuor: Prima est Johannis chrysostomi qui super illo Matth. vicesimoprio. Ejiciebat vendentes et ementes: dicit sic. Ejiciẽs dominus vendentes et ementes de templo significauit q mercator nũq pot placere deo: et ideo nullus christianus debet esse mercator.

Scda est eiusdẽ in eodẽ dicẽs. Si quis voluerit esse mercator: projiciatur de ecclesia dicente propheta in Ps. Quoniam nõ cognoui negociationes introibo in potentias domini: vt habet littera septuaginta interpretum. Tertia est eiusdem ibidẽ dicentis. Ostendam qui non est negociator vt qui talis non fuerit: eum intelligas non esse negociatorem. Et subdistinguit sic. Quicunq rem comparat non vt integram et immutatã vendat: sed vt materia sit sibi inde aliquid operandi: ille non est negociator. Qui vero rem comparat vt integram et immutatã vendendo lucretur: ille est mercator qui de tẽplo dei ejicitur. Hec ille. Et idem dicit super illo. Abierunt alius in villam suam: alius in negociationẽ. Exemplum primi: vt ille emit tabulas vt faceret scrinium: vel cartas vt faceret librum. Modo negociatio (vt supra in principio questionis est accepta) fit taliter q res alique emuntur et eedem nulla noua forma alicuius artis circa eam facta vendant cũ lucro: sequitur q illa auctoritas dãnat negociationem. Quarta est Cassiodori super predicto loco Ps. scilicet. Quoniam non cognoui negociationem dicentis. Quid est aliud negociatio nisi vilius comparare et carius vendere vel velle distrahere. Et subdit, negociatores tales ejecit dominus de templo dicens. Nolite facere domum patris mei domum negociationis etc. Et he autoritates habent transsumptiue. lxxx. distinctione. c. ejiciens. et. c. quid est. Secundo probatur ratione Nam actus ille non est indistincte licitus quẽ non patitur vera penitentia quia vera penitentia excludere videtur tm peccata et occasiones peccatorũ que et ipse sunt peccata. Modo negociatio ẽ huiusmodi Nã in. c. falsas. de penitentia distinc. v. dicitur sic. Miles vel negociator vel alicui officio deditus qd sine peccato exerceri nõ potest si culpis grauioribus irretitus ad penitentiam venit: recognoscat se veram penitentiam agere nõ posse per quã ad vitã eternam peruenire valeat nisi negocium relinquat etc.

Tertia conclusio

Actus negociandi si nihil vltra addat nec est positiue licitus: nec positiue illicitus. Ratio vtriusq ẽ: quia si nihil addatur abstrahit ab objecto et circumstantijs debitis et indebitis. nihil enim dicit nisi emere volẽdo obtinere lucrum. ibi enim non denotatur objectum debitum vel indebitum emptionis et distractionis nec finis indebitus vel debitus. Lucrum enim obtinendũ est finis indeterminatus determinabilis ad bonum et malum. vt patebit in sequenti q̃stione. Modo ad actum positiue licitũ requiritur q denotetur cum objecto vel indebitis circumstantijs vel cũ vtroq.

Quarta conclusio

Actus negociandi si nihil addatur est permissiue licitus et etiam permissiue illicitus Nam potest applicari debito objecto et debitis vestiri circumstantijs. et sic erit bonus et licitus. Potest etiam applicari indebito objecto vel indebitis circumstantijs vestiri vel carere debitis vt patebit in sequenti questione. et sic erit illicitus. sicut animal ẽ permissiue rationale vel irrationale: potest enim contrahi per vtrunq.

Questio. LII.

Quot modis negociatio redditur illicita.

Solutio questiõis stat in duabus suppositionibus et duabus conclusionibus.

Prima suppositio

Ex quo in hac questione de circumstãtijs

negociationis dicetur. Notandum ꝙ circumstantia sic diffinitur. Est accidens individuale actus humani circumstās ip̄m. Vel sic. Est proprietas vel conditio individualis actus humani extra essentiā act⁹ existens. Vel vt tertij dicunt, est accidens actus humani. Et hi dicunt ꝙ ista descriptio debet intelligi nō de accidente quod inest rei vt sua qualitas: sicut albedo dicitur accidens rei albe. sed intelligatur accidens quasi cū alio simul in eodem subiecto concurrens: quia cum actu humano simul in eodem subiecto concurrere ⁊ existere pōt. Est tamen extra substātiā actus exn̄s: ⁊ h̄ satis nomē circūstantie iportat. Dicitur enī circūstantia quasi circū aliq̇d stans. Attn̄ ille mod⁹ intelligendi circūstantiaꝫ eē accidens nō satis saluare videtur p̄dictā diffinitionē. Nā circūstantia q̄ dicitur q̇d sepe nec est in actu nec ī subiecto actus: ⁊ idē de q̇s qꝫ mer est subiectū actus. Unde meli⁹ videtur dicendū ꝙ oēs circūstantie pn̄t saluari esse in ip̄o actu si capiantur circumstantie pro habitudinibus quas actus habet ad ea q̄ vocantur circumstantie scꝫ pro habitudine actus ad agens: finem: locuꝫ: tempus ⁊c. Nō autē si pro illis ad que sūt ille habitudines saltem vniuersaliter: licet alique possent hoc modo dici etiā esse circūstantie sicut qn̄ ⁊ vbi que sunt habitudines rei temporalis ⁊ localis ad temp⁹ ⁊ locum ⁊ modus quo fit actus etiam ē formaliter in actu.

Secunda supposi/tio.

Septem vel octo vel nouē sunt circūstantie actuū humanoꝝ. Primū patet: nā Tulius in sua rethorica ponit septem que continentur in hoc versu. Quis quid vbi quibus auxilijs cur quō quando. Unde scḋm cū in actib⁹ humanis ad eoꝝ bonitatē seu maliciā debite dinoscendam predicta consideranda veniūt scꝫ quis fecerit: quid fecerit: vbi: quibus auxilijs instrumentis vel medijs: quare: quomodo ⁊ qn̄ fecerit: Secūdū patꝫ. Nā philosophus. iij. Ethi. c. ij. addit circumstantiam aliā a predictis scꝫ circa quid: ⁊ sic cum p̄dictis erunt octo Attamen scḋm modū enumerandi philosophi etiam non erunt nisi septem. Nā ipse sic enumerat eas scilicet quis: quid circa: quid: in quo: gratia cuius quo ⁊ qualiter: ⁊ sic duas a Tulio explicitas scilicet: vbi et quando ip̄e implicat in ly, in quo: quia valet in quo scilicet loco vel tempore: ⁊ sic si explicentur erūt octo apud philosophū ⁊ continentur hoc versu. Quis quid: vbi: qn̄ quo circa q̇d quō quare. Tulius autē nō ponit explicite circūstantiam a pho expressam scꝫ circa quid: sed potest dici eam cōprehendisse sub quid: ⁊ sic etiam essent octo apud Tuliū. Nā in aliquib⁹ actibus idē est dicere q̇d ⁊ circa q̇d: vt quid emisti ⁊ circa quid exercuisti emptionē: ⁊ q̇d vidisti: ⁊ circa quid exercuisti visionē. Vel potest dici ꝙ iō eam omisit: quia illa sepe potius habet rationem obiecti actus q̄꧌ circūstantie. Nam si circa indigentem exerceam dationē elemosyne: indigens denotatur potius esse obiectum actus: quia illi dedi elemosynā: q̄꧌ q̄꧌ ex parte eius sumatur circūstātia circa quid. Eodem modo potest dici de circumstantia cui ꝙ idē iudicium sit de ea sicut de circūstantia circa quid. Nā idē est dicere. Cui dedisti elemosynam ⁊ circa quē exercuisti dationem elemosyne. Tertium patꝫ. Quia preter positas a Tulio (q̄s tamen ad octo reducimus addendo ly circa quid ad quid) Raymundus ponit circumstantiam quotiens que scilicet est seruanda in confessione peccatorum. Nam vt confessio sit integra requiritur ꝙ si confitens repetitis vicibus idem peccatuꝫ cōmiserat ⁊ nō semel ꝙ dicat numerum illorum peccatoruꝫ si nouit, ⁊ ille comprehenduntur hoc versu. Quis quid vbi p quos quotiens cur quomodo quādo. Pōt autē quotiens comprehendi reductiue sub vbi ⁊ quando vt patꝫ ex sufficientia illaruꝫ circumstantiarum. Nam vbi ⁊ quando sunt circumstantie attingentes ip̄m actum humanum in se per modum mensure: sic quomodo seu qualiter per modum qualitatis. Alie vero quinq̄ nō in se eum attingunt: sed aut quo ad causam eius quadruplicē scꝫ efficientē vt q̇s. materialē circa quā vt circa quid: formalem vt quibus auxilijs: ⁊ finalem vt cur. Aut quo ad effectum act⁹: vt quid. Modo sicut locus ⁊ tempus respiciunt actum in ratione mensure: sic etiā

rumerus importatus per quotiens: cum tamen respicit per modum mensure. Nam tam quantitas discreta q̄ continua habēt rationem mensure: et sic sub circumstātijs mensurativis potest comprehendi. Quicquid tamen sit de circumstantia quotiens que est necessaria in actu cōfessionali pro nunc sufficiat tractare de alijs septem quo ad actum negociandi.

Prima conclusio.

Prima divisione duobus modis reddit negociatio illicita. Naz aut ex obiecto aut ex circumstantiā. Sic enim et alij actus humani illo duplici modo depravantur: et ratio: quia actus ab utroque illorum contrahit suam bonitatem ut patuit questiōe precedenti. igitur per utriusque defectuz cōtrahet maliciam. Tenet cōsequentia: quia sicut bonum est ex integra causa: ita maluz ex defectu cuiuslibet causarum s̄m Dionysium de divinis nominibus. c. quarto. Ex obiecto autem depravatur negociatio q̄n emitur vel venditur res prohibita emi vel vendi. Et hoc fit dupliciter. Nam aliquā do talis res ē universaliter prohibita emi vel vendi. Et possunt poni quattuor exempla. Primum est in spiritualib[9]. vn̄ Matthei. x. Gratis accepistis: gratis date. Horum enim emptio vel venditio est simoniaca. De illis autem et de annexis ipsis spiritualib[9]: quomodo illicita sit emptio, vide in tractatu de simonia. Secundū est de aliquibus temporalibus ut sūt aliqua venena prout patebit in quinquagesimatercia questione. Tercium exemplum est de frumentis publici canonis. Nam. C. que res vendi non possunt. l. tercia dicit Quia nonnunq̄ in diversis litorib[9] distrahi publici canonis frumenta dicuntur: vendentes et ementes sciant capitali pena se eē subdendos et in fraudem publicam commercia contracta damnari. Hec ibi. Et in. l. ultima seu quarta dicitur. ne frumentum qd̄ devotissimo exercitui mittitur in predaz cuiuscunque vertatur: hac sanctione decernim[9] ut quicunque hoc fuerint forte mercati: honoratiores quidem stilum proscriptionis et omnium bonorum amissionem incurrant Inferiores autem viliorisque persone capitali supplicio subiaceant. Hec ibi. Quartum exemplum est de hominibus romane gentis si sunt facti eunuchi. Nam sub gravissima pena prohibitum est ne tales vendantur: aut in dominium cuiusq̄ transferant. ut pz. C. de eunuchis: secus de eunuchis barbare gentis: ut ibidem patet. Aliquando vero talis res que est obiectū negociationis non simpliciter sed tm̄ quibusdam prohibita est vendi vel emi. ~ hoc dupliciter. Nam aut est aliquibus prohibitum ne talem rem vendant: etiam quibuscunque: aut econtra prohibitum est quibuscunque ut aliquibus non vendant. Exemplum primi: ut si privatus vendat vellus muricis quo fucatur seu tingitur purpura Nam prohibitum est cuilibet privato ne illud vendat sub pena capitis et discriminis bonorum suorum: ut. C. que res vendi nō possunt: unde tale vellus non est res simpliciter prohibita vendi sed est tm̄ prohibita vendi si venditio fiat a privato: et sic talis venditio depravatur non precise ex circūstantia quis: quia privatis non ē omnimode venditio quarumcunque rerum prohibita. Nec precise ex obiecto suo depravatur: quia illud vellus nō est simpliciter prohibitum ne vendatur sed simul concurrentibus obiecto et circumstantia q̄s redditur depravata venditiōi Aliud exemplum in filio. Nam filius et liber homo vēdi non potest nisi solum q̄ pater pōt vēdere filiū necessitate famis vrgēte. l. j. et. ij. C. de patrib[9] q̄ filios distraxerunt: ita tamen q̄ si restituatur emptori precium sive a filio sive ab alio quocunque et quandocunque ipse i ingenuitatem perveniat In nullo autem alio casu licet patri filium vendere. matri vero etiam vrgēte famis necessitate nō licet vendere filium nec etiam maritus eo casu uxorem vendere potest: quia uxor nō est in potestate viri sicut filius in potestate patris. De secundo vero membro possunt poni q̄ttuor exēpla. Primū. ut si xpianus vēdat saracenis arma: ferrū: galeas: naves: lignamia p̄ navib[9] vl' galeis edificādis: eq̄s victualia: aut etiā quecūque mercimonia. Nā si cōportentur in vnū: nō solū

ſ.la quattuoꝛ capitula que habentur extra de iudeis ⁊ ſaracenis ſcilicet.ita quoꝛundam.⁊ quod olim.⁊ ſignificauit.⁊ ad liberandum.ſed etiam componentur due extrauagãtes:ſcꝫ vna Nicolai quarti que incipit.Olim tam ĩ generali ⁊c.⁊ alia clemẽtis que incipit.Multa: ⁊ etiaꝫ ꝓceſſus pape qui fit annuatim in cena domini colligitur ꝙ omnia predicta cẽſentur merces ab eccleſia prohibite vendi a chꝛiſtianis non abſolute ſed ipſis ſaracenis.⁊ hoc cum vẽduntur eis ad expugnandum chꝛiſtianos Quod nõ debet intelligi tantum in ſenſu compoſito ſcilicet cum chꝛiſtiani eis ĩ illuꝫ finem venderent:ſed etiam in ſenſu diuiſo ſcilicet ſi venderent eis cauſa lucri tantum ⁊ tamen he merces cederent vel nate eẽnt cedere ſaracenis ad expugnationem chꝛiſtianoꝛum:etiam non intentam a venditoribus prout ſatis innuitur in.c.ſignificauit.preallegato.Item licet alique predictarum conſtitutionum innuant predictam pꝛohibitionem habere locum quãdo venditio fieret tempoꝛe guerre inter eos ⁊ noſ vel etiam tempoꝛe treuge:eo ꝙ treuga nõ eſt pax:tamen inſpiciendo proceſſũ annuum pape non fit talis ſpecificatio:⁊ ꝑ conſequens etiam ſi tempoꝛe pacis fieret ẽ illicita. Item licet alique ex illis conſtitutionibus non faciant mentionem de quibuſcunqꝫ mercimonijs:tamen alie faciũt illaꝫ mentionem.Attamen Veneti dicunt habere diſpenſationem vt eis liceat vendere ſaracenis alia ab armis: ferro:nauibꝰ ⁊ lignaminibus. Quomodo autem cõtra predictas conſtitutiones vendentes incurrant ipſo facto excommunicationem maiorem a qua etiam citra ſedem apoſtolicam abſolui non poſſunt atqꝫ alias graues penas ſcilicet perditionis precij talium mercium.⁊ vltra hoc etiam aſſignationis tanti quantum fuit precium:quoꝛum vtrũqꝫ dicitur applicari in ſubſidium terre ſancte ⁊ penam confiſcationis bonoꝛum ⁊ incurſus ſeruitutis reſpectu capientium eas.vide de illis ĩ ꝓdictis locis Et nota ꝙ merx pꝛoprie ſignificat res mobiles emptas vl' venditas: vt.ff.de verboꝛum ſignificatio.mercis appellatio: Attamen in preſenti tractatu nõ ita ſtricte accipimꝰ. Secundũ exemplum.Si catholicus vẽdat wikleffiſtis ⁊ huſſiſtis victualia:nam hec venditio ⁊ miſſio talium eſt interdicta ſub pena excommunicationis late ſententie.vt patꝫ in pꝛoceſſu pape annuali.vbi dicitur ſic. Illos etiam qui wickleffiſtis ⁊ huſſiſtis: quecunqꝫ victualia aut preſidia publice: aut occulte per ſe vel per ſuos ſubditos afferre faciunt vel permittunt panibus excõmunicationis ⁊ anathematizationis vinculis innodamus. Tertium exemplum In vendentibus illas merces hoſtibꝰ romani imperij:de quibus.C.que res expoꝛtari non debeãt.l.pꝛima.dicit ſic.Ad barbaricum transferendi vini olei ⁊ liquaminis nullam quiſqꝫ habeat facultatem:nec guſtus quidẽ cauſa aut vſus commerciorum.Ubi gloſa in verbo barbaricum dicit.ſuple ſolum ⁊ liquaminis ſuple alienus.Nam ſupradicta liquamina ſunt.Sꝫ quid in aridis dic idem eadem ratione qꝛ ꝙ ſupple romanus:hec gloſa.Et in.l.ſe.ũda dicitur Nemo alienigenis barbaris cuiuſcunqꝫ gentis ad hanc vrbem ſacratiſſimam ſub legationis ſpecie vel ſub quocũqꝫ alio coloꝛe venientibus:aut in diuerſis alijs ciuitatibus vel locis loricas ſcuta et arcus ⁊ ſagittas ⁊ ſpatas ⁊ gladios vl' alterius cuiuſcunqꝫ generis arma audeat venundare.Nulla pꝛorſus iiſdem tela: nihil penitus ferri vel facti iam vel adhuc infecti ab aliquo diſtrahatur.Pernicioſũ nanqꝫ romano imperio et proditioni proximũ eſt barbaris quos indigere conuenit telis eos vt validioꝛes reddantur inſtruere.Si quis autem aliquod armoꝛum genꝰ quarumcunqꝫ nationum barbaris alienigenis contra pietatis noſtre interdicta vbicunqꝫ vendiderit bona eius vniuerſa protinus ad fiſcuꝫ adijci:ipſumqꝫ capitalẽ penã ſubire decernimus.Hec ibi.Et gloſa in verbo alienigenis.dicit id eſt hoſtibus populi romani.Et in verbo telis addit dicẽs: etiam nauium fabricandarum ſcientia.

Quartum exemplum.Si quis barbaricis vendat ſericia.Nam.C.que res venũdari non poſſunt.l.ſcđa dicitur ſic.Comparandi ſericia barbaris facultatẽ omnibus iam preceptum eſt preter comitem commerciorum etiã nũc iubemus auferri.

Secũda conclusio

Secundaria diuisiõe octopliciter reddit negociatio illicita. Probatur quia primo ex obiecto indebito vt patuit Et deinde ex defectu septem circũstantiarum debitaruz vt patebit inductiue. Primo nanqz ex defectu circũstantie quis: vt si is negociet cui ẽ interdicta negociatio: vt clericus, put patebit in sequenti questione, ꝛ de hoc etiã partim fuit exemplificatum in pcedenti cõclusione in exemplo de vellere muricis. Secundo ex defectu circumstantie vbi. Circa hoc nota quinqz dicta. Primuz: in ecclesia vel cimiterio negociari est illicitum. Nam prohibetur in. c. decet domũ. de imunitate ecclesiarũ li. vj. vbi dicitur sic. Cessent ĩ ecclesijs cimiterijsqz earum negociationes ꝛ precipue nundinarum ac fori cuiuscũqz tumultus. Et in mercibus ad pphana ordĩatis videtur mortale: tum qꝛ prohibitũ per ecclesiam: tum quia christus licet mitissim᷒ etiam flagellis inuasit negociantes. ibidez etiam in mercibus ad cultum dei ordinatis ꝛ eorum mensas euertit qḋ nõ videret pro solo venali fecisse. Secunduz: si fiat ibi negociatio vendendo etiã res ad diuinuz cultum spectantes vel deseruientes: vt sũt candele vel thura si id fiat principaliter pꝛopter lucrum. Nam etiam negociatio talis erit illicita. Probatur. Nam dñs emẽtes ꝛ vendentes in templo eiecit dicẽs. Nolite facere domũ patris mei domũ negociationis: ꝛ tñ res q̃ ibi vẽdebãt ꝛ emebãt etiaz erant diuino cultui deseruientes: ibi ꝗ ppe venalia habebantur aĩalia ĩmolaticia: vt columbe: turtures: ꝛ huiusmodi. Ibi etiaz apud campsores ꝛ numularios erat pecunia apparata: vt si qui indigerẽt eis ad emẽdum ea que ad sacrificia spectabant inuenirent. Modo dignius ꝛ sacratius ẽ tempore gratie templum ecclesie. qꝫ templum salomonis vel zorobabel: qꝛ ibi offerebantur animalia ꝛ sanguis hircorum ꝛ vitulorum. hic autem offertur corpus ꝛ sanguis christi verũ. Et multo magis est hoc scdm dictum verum. si clerici vel religiosi id facerent: nam tunc deficerent due circumstãtie scꝫ quis ꝛ vbi. Et intelligendum hoc vidz cũ ĩ clerici vel religiosi exercentes illã negociationem. eam exercerent non principaliter propter lucrũ. sed principaliter ad satisfaciendum deuotioni fidelium ꝛ gloriam dei: vt scilicet fideles in prompto haberẽt candelas vel huiusmodi. Nam nisi sic. eadem ratione liceret eis exercere negociationes aliarum rerum intendendo de lucris illis fundare ecclesias ꝛ huiusmodi. quod est falsum. Tertium. si clerici vel religiosi id non faciant. attamẽ subordinẽt vt id fiat intendentes consequi lucrum ex tali negociatione: eo qꝫ contingit tales res eorum cõmodis applicari si lucrũ eos principaliter mouit ad huiusmodi sub ordinationem similiter peccant: sicut ꝛ vendentes ibi principaliter causa lucri. Probatur dupliciter. Primo quia consentiens in peccatum proximi etiam peccat. Secundo: naz in hoc etiam culpabiles fuerunt sacerdotes in templo salomonis: quia ex quo animalia ĩmolaticia vel alie res sacrificijs deseruientes nõ poterant per iudeos qui a longe venerant ad sacrificandum in templo commode adduci: ipsi ex sua cupiditate ordinauerant qꝫ essent in templo homines vendentes huiusmodi animalia ꝛ res ne a longe venientes haberent excusationem omittendi sacrificia ꝛ sic ne deperiret ipsis scilicet sacerdotib᷒ aliquid de cõmoditate lucri: eo qꝫ sacerdotes magnum emolimentum de sacrificijs leuabãt. Itez aliqui aduenientium non habebant pecuniam: ideo sacerdotes ordinauerant illic aliquos campsores ꝛ mutuatores qui sub cautione tradebant eis pecuniam mutuãdo vel cambiendo ne eis non habentibus pecuniaz nõ possent sacrificia offerre que tamen redundabant in commodum sacerdotum Quartum. Si clerici vel religiosi talem negociationem nec subordinarẽt nec met exercerent: attamen cum eam prohibere possent tolerarent eam principaliter propter predictum lucrum eis cedens: etiam talis tolerantia est eis peccatum: quia error cui non resistitur approbatur. lxxxiij. distinctione. c. error. ꝛ maxime quãdo toleratur ex cupiditate ne depereat alicuius temporalis cõmoditatis ꝯsecutio.

Quintum dictum. Si aliqui ibi exercerent illas negociatões nõ pꝑter lucrũ suũ

sed vt satisfaciant deuotioni fidelium: quis
quidam hoc estiment licitum: tamen talis
negociatio non videtur licita vt ibi fit. pro
batur quintupliciter. Primo: quia tunc etiã
quascunque alias merces liceret ibi vende-
re tenendo ibi forum et intendendo lucrum
ex illis consequendum ordinare ad fundã
dum ecclesias et gloriam dei augendam.
quod est falsum. Secundo: quia predictũ ca-
pitulũ decret. lib. vj. dicit indistincte. cessent
negociationes et precipue nundinarum: et
cuiuscunque fori tumultus. Tertio: quia etiam
licet actus sit in se bonus et meritorius nõ
propter hoc sequitur igitur ibi est licit⁹. sicut
iudicium in causa sanguinis vel alia pphã
na causa est actus meritorius: nec tamẽ ibi
licite fieret. Quarto: quia clerico et religio-
so nõ liceret talem negociationem facere: igi
tur nec laico in religioso loco. tenet pñtia:
quia sicut religioso et clerico propter eius
religiositatem et sanctitatem qua diuinis
deputatus est et sequestratus a prophanis
nõ id licet: sic nec locus deo deputatus: et
a pphanis sequestratus erit cõueniens sed
incõueniens talibus negocijs. Quinto: si-
cut tempore sacro specialiter est abstinen-
dum a peccatis: hec enim sunt maxime ser-
uilia: sic etiam in locis sacris specialiter est
a peccatis abstinendũ: adeo quod perpetrata
ibi efficiuntur tanto grauiora quãto loc⁹
sanctior. Modo in negociatione cõmuni
ter contingunt peccata. Unde Leo papa
Difficile est inter vendentis ementisque com
mercium nõ interuenire peccatũ. de penit.
di. v. c. Qualitas. et Ecclesiastici. xxvij. Diffi
culter eruitur negociator a peccatis labio
rum. Et quod dictum est in primo dicto de
mortali est intelligendum si ibi fiat negocia
tio tenendo ibi forum rerum: nõ autem de
illis qui aliquãdo conueniunt de mercib⁹
quas alibi tenent. Tertio redditur ne-
gociatio illicita ex defectu circumstãtie qñ
Ubi nota duo dicta. Primũ: negociatio
est illicita si fiat die festo cui⁹ festiuitas nõ
est abrogata per inueteratã contrariam cõ
suetudinem. Probatur. in tali casu nego-
ciatio est prohibita: nam. c. primo extra de
ferijs. de dominicis dieb⁹ dicitur. In eis
mercatum minime fiat. et in tertio ca. eo ti-
tulo de alijs diebus festiuis ab ecclesia in-
stitutis dicitur quod ecclesia decreuit ibis ab
omni opere seruili cessandum. et in. c. vlti-
mo eodem titulo interdicitur ne illis dictis
processus iudicialis habeatur: multomagis
gis negociatio tunc haberi nõ debet. vnde
seruilia opera non sunt facienda illis die-
bus propter prohibitionem factam ab ec-
clesia super illis conformiter ad prohibiti-
onem legalem veteris legis: vbi de sabba-
to dicitur Exod. xx. Omne op⁹ seruile non
facietis in eo. Modo negociationes sunt
opera seruilia: igitur. Unde die festo serui
dum est spirituale ocium. i. cessatio ab exte
rioribus occupationib⁹: et illud ocium ne
gatur per negocium: quia dicitur negociũ
quasi negans ocium. Dicitur notanter: si
non est abrogata propter sequens dictum
igitur Secundum dictum est: loquen-
do de rigore scolastico. Negociatio facta
die festo cuius festiuitas est abrogata nec
noua constitutione renouata: potest esse
licita et hoc auditis diuinis: et nõ est vniuer-
saliter negandũ quin etiam nõ auditis di-
uinis aliquando contingere posset. licet ra-
rius. Probatur. Nam si eius festiuitas est
abrogata ex toto: id est tam quo ad partem
affirmatiuam quam negatiuam precepti de cele-
brando solenniter illum diem: poterit illa
die fieri negociatio etiam non auditis di-
uinis. Nam preceptum de festiuando ali-
quẽ diem festum precipit affirmatiue illa
die vacare diuinis: et illa vacatio specialiter
consistit in auditione misse. precipit etiam
negatiue seu prohibet illa die fieri seruilia
quorum nomine venit negociatio. Mo-
do vtraque pars est positiui iuris: quia licet
vacare diuinis vel colere deum sit legis di-
uine et naturalis et inabrogabile: tamen quod
illud fiat tali determinato die est positiui
iuris: et per consequens abrogabile per con-
trariã cõsuetudinẽ. Modo abrogatũ preceptum
nõ ligat nec propter ipm incurrit culpa a
contra venit. Si autẽ esset abrogata tñ quo
ad ptẽ negatiuã: vtputa si oimoda con-
do inueterata inducta fuissent aliq seruilia
exercere illa die et specialiter illa die negoci
ari et tenere forum rerum venalium quam
plan sciuerunt et tolerauerunt. non tamen
esset abrogata quo ad affirmatiuã partem
quin homines illa die audirent diuina:

habentes se pro obligatis ad illa ex precepto ecclie: tūc negociatio eēt licita auditis diuinis. Si aūt nō audirent diuīa peccaret quidē negocians nō rōne negociationis nisi pro quanto illa est incōpossibilis auditioni diuinoꝝ: cuius tempore fit sȝ rōne negligentie omissionis eius ad quod tenet. Secūdo pbatur sic. Nam iure canonico preceptū est vt dies quattuor doctorum eccl'ie celebrent solenniter sub duplici officio: vt patet extra. c. gloriosus: de reliqui. ꝛ venera. sanctoꝝ. lib. vj. ꝛ tamen si quis illis diebus negocietur aut alia seruilia faciat etiam omissis diuinis nō censetur in hoc peccare: cuius ratio non est nisi ꝙ preceptum ecclesie quo ad huiusmodi dies est abrogatum tam quo ad partē affirmatiuam ꝙ̄ negatiuam: ita ꝙ homines bona fide ꝛ conscientia missam omittunt ꝛ seruilibus intendunt. Uel saltem illa constitutio nō fuit recepta nec moribus vtentium firmata quo ad cessationem a seruilibus: ꝛ sic excusantur homines. Si igit in alijs quibusdam diebus similis abrogatiō facta sit simile iudicium habendū est. Et si dicatur hanc instantiam nō congruere: ꝙ pdicta cōstitutio nō videt recipe cessationem a seruilibus per hoc ꝙ mandat ea celebrari sub duplici officio: eo ꝙ multa festa celebrant sub officio etiam toto duplici ꝛ tamē nō sunt in pcepto. Contra dupliciter. Primo nam textus dicit solēniter ꝛ sic videtur ptendere ꝙ cessanduȝ sit a seruilibus ꝛ intendendū diuinis vt in alijs festis. Secundo quia saltem certū est ꝙ preceptum ē per ecclesiā quosdā alios dies festiuare quoꝝ tamen festiuitatē abrogauit consuetudo. vt dies beati siluestri: septē dies passionis dñice id est hebdomada sctā ꝛ tamen consuetudo apud nos cōtrarium habet. Similiter septē dies resurrectionis id est hebdomada pasce ꝛ tres dies rogationū ꝛ tamen cōsuetudo illis multū detrahit. Et autē pdicti dies sint instituti vt festiui patet de cōse. dist. iij. c. pnunciandū ꝛ rogationes. ꝛ c. conquestus. de ferijs. Tercio probatur. Sunt nōnulla festa cō[…]ordinaria que cum a rectoribus ecclesie [..]nunciantur: denunciant cum tali additiōe [..] precipimus vt illam diem celebrētis fm morem ꝛ consuetudinem loci. tunc autem homines recurrunt ad consuetudineȝ que habet ꝙ in talibus fiunt aliqua seruilia tā in domibus ꝙ̄ etiam in agris non tamen taliter quin ad ecclesias cōueniant ad audiendam missas tanꝙ̄ debitas audire ex dici festiuitate. ꝛ taliter agētes nemo sano iudicio condemnat de peccato. Modo si illud nō adijceret rector adhuc illud messet illi eius inditioni. quia est super re positiua in qua est consuetudo optima legum interpres: igitur stat ꝙ consuetudo abrogasset partem negatiuaȝ siue affirmatiua. ꝛ tunc homines consueta seruilia exercentes auditis tamen diuinis nō erunt cōdemnādi.

Dicitur notāter: nec repata: quia si taliuȝ festorum festiuitas huc vsꝙ abrogata: foret iam repata per preceptum ecclesie: puta pape vel archiepiscopi vl' episcopi ꝛ cleri quo damnaretur talis hucvsꝙ habita consuetudo ꝛ prohiberentur seruilia ꝛ preciperetur auditio diuinorum: negociatio esset illicita talibus diebus. Nec eēt opus ad incurrendum culpam illi precepto addere excommunicationeȝ: quia excommunicatio est pena. Hec autē presupponit culpam: ꝛ per consequens preceptiuam legeȝ ideo eoipso ꝙ preceptum esset latum ꝛ pmulgatum ligaret ad culpam: etiam si is qui contrauenirent non incurrisset excommunicationem. Utrum autem ad reparādum festum abolitum: sufficiat autoritas episcopi non concurrente consensu populi vel an requiratur cōsensus populi sicut in simili quibusdam videtur non sufficere illam autoritatem in erigendo nouum festum in aliqua diocesi non institutum a iure communi: vt videtur innui in capitulo conquestus. de ferijs. ꝛ de conse. dist. iij. c. pronunciandum. pronunc omitto licet videatur non esse par ratio de reparandis festis institutis a iure communi: licet abrogatis ꝛ de nouo instituendis non expressis in iure communi. Correlarium. secundum predicta moderamina intelligenda est sententia Petri de palude in qrto dicentis. In nundinis negociando auditis diuinis nō quidē causa auaricie congregādo ad superfluitatem sed aliquo fine honesto scilicet ad prouidendum ex lucro necessitati sue et familie: vel ad dandum pauperibus vel pudendū bono cōitatis pro re-

bus necessariis ⁊ similia pñt tales excusari ex quo plati ecclia᷑ sciunt ⁊ tolerāt: secus si sunt phibita p aliquā excōmunicationē ⁊ hmōi: hec ille. Vult em̄ hic quatuor requiri ad hoc vt nō illicita sit negociatio facta die festo. Primo ꝙ audiant diuina. Scḋo ꝙ finis honestus pstituat. Tertio ꝙ cōsuetudo scita ⁊ tolerata a platis sit illa die negociari. Quarto ꝙ nō sit phibita negociatio p aliquā excōmunicationem. Modo prima cōditio non est vniuersalit vera: q: nō est vera in casu vbi eēt oimoda abrogatio facta pcepti etiam quo ad affirmatiuā ptem. Petrus igit intelligendus ē in casu vbi tm̄ abrogatio esset quo ad partem negatiuā facta. Secunda cōditio: licz requirat nō tamen solum in negociatione die festo: sed etiā die priuato facta: q: etiaz talis est illicita si veniat inhonesto fine: de quo dicet postea. Tertia ē requisita. quarta vero nō requirit absolute. Nā si precepto ecclie etiā sit annexa excōmunicatio ferende snie: adhuc tm̄ si illud pceptū est abrogatū in se etiā cōminata pena ē abrogata: q: pena psupponit culpam: idō sicut potuit abrogari pceptum taliter ꝙ cōtrauenientes nō incurrerent culpā: sic etiā abrogari potuit vt nō eēnt excōmunicandi: eo ꝙ excōicatio nō debet fieri nisi in eū qui peccauit mortaliter vere vel psumptiue: imo vere nō incurrit nisi quis vere peccauerit mortaliter. Et dico notanter ferende: quia licet idē posset: vt videt teneri de excōicatione late snie annexa pcepto scz vt si ipsa dispositio pcepti possit abrogari ꝙ consequent etiā latio excōicationis: ⁊ hoc propter eandē rōnem iam tactā: tm̄ pro nunc nihil diffinio. Nec etiā requirit ꝙ talis nō sit repata p nouā phibitionez que habeat excōicationē annexam siue late, siue ferēde snie. Nam etiā si illa sit repata p nouā prohibitionē que nō habeat talem annexam: nihilominus illicita reddit negociatio: ꝙuis certius sit tunc illicitā eē cum annexa ē tali noue phibitioni excōmunicatio. quia tunc apparet ꝙ mens legislatoris fuit simpliciter pceptiue velle loqui: ⁊ maxime si ē late sententie. Secundū correlariū. scḋz pdicta etiā sunt moderanda dicta doctoris solennis Henrici gandent in fine pmi quodlibeti: vbi vult ꝙ tenere forum rerū venaliū die dominico non potest excusari a peccato quacunqꝫ hora diei facta: maxime quando fieret tempore missarū vel vesperarū: ⁊ dicit nullum remediū excusationis adesse: q: non nisi triplex remediū contingeret adesse: scz dispensationē pape vrgentem necessitatem: vel vtilitatem piam suadentem: ⁊ abrogationē statuti de obseruantia dominice. Modo nullum illorū potest hic habere locum: neqꝫ enim est generalis dispensatio pape super hoc facta: nec tolerādo dispensasse videt. Nec etiā secundū habet locum saltem generalit loquendo: ꝙuis possit esse particularis necessitas vrgens aut pia vtilitas suadens: vt si quis libenter emeret sibi necessaria in aliquo alio die. sed q: nō potest ea inuenire venalia: cogitur emere i dominica: similiter ex parte vendentis: Et fm ꝙ illa est maior vel minor in vno ꝙ͞ȝ in alio: fm hoc vnus magis potest excusari ꝙ͞ȝ alius: excipit tamen illam generalem necessitatē que est vbiqꝫ: scz emendi cibaria ⁊ ferrādi equi: puta si quis sit in transitu ⁊ huiusmodi. Tertium etiam non habet locum propter duo. Primo: quia consuetudo debēs abrogare ius positiuum debet esse rationabilis: talis autem non potest esse tenendo forum dominico die maxime tempe misse ⁊ vesperarum: quia tunc nihil meli⁹ potest fieri cultu dei. Secundo: quia prescriptio debet esse inquieta possessione ⁊ continua qualem populus nunꝙ͞ȝ habuit tenendo forum illo die: quia sacerdotes nunꝙ͞ȝ cessant monere populum ad obseruantiā dominice. Dicit enim episcopum teneri ad prohibendum tale forum: ⁊ si qḋ malum inde eueniat cum illud sit minus: non debet curare. Hec ille in sententia que dicta de dominica prout specifice fiunt de dominica: ⁊ prout sonant nō de possibili sed de facto sunt simpliciter vera ⁊ maxime de foro tempore misse cum negligētia omnimoda eiusdem: ita ꝙ nullam audiat missam tenens forum vel occasionans: alios ad similia. De facto enim quo ad hoc nulla videt eē facta pscriptio. Et ꝙuis talis determinatio temporis etiam sit de iure positiuo: et ita prescriptibilis: tamen difficilius poterit hoc fieri de illo die ꝙ͞ȝ de aliis diebus propter minorem tolerantiam ⁊ di[illegible]

predicatorum: et ita rarius contingit ibi habere bonam fidem: secus in aliis festis

Quo vero ad reliquas partes dici dummodo sit audita missa licet etiam sit difficile quod de facto fiat vel facta sit abrogatio propter reclamationem sacerdotum: non est tamen etiam impossibile sicut nec in aliis festis illud fuit impossibile in quibus etiam tam affirmatiua quam negatiua intelligentia precepti fuit abrogata. Nec ratio sua prima valet quia eque probaret quod nullum festum potuisset fuisse abrogatum: quia nihil melius cultu dei propter quem illa fuerunt instituta secundum omnes partes. Nec etiam est verum quod consuetudo derogans positiuo iuri debeat esse rationabilis: sic quod causa inducens eam sit melior quam causa constitutionis positiue. immo forte non requiritur quod sit eque bona dummodo non sit mala: sicut actus ille ante positiuum ius latum etiam fuit licitus: quia non prohibitus. sed de hoc alibi in tractatu de decimis diffusius dixi. Quarto depravatur ex defectu circumstantie cur. Ubi nota quattuor dicta. Primum: negociatio est illicita si exercens ordinet eam finaliter ad aliquod peccatum. et si ad mortale erit mortalis: si ad veniale venialis. Nam regula est Omnis ille actus est mortalis cuius finis est talis: et venialis cuius finis est talis: et ratio quia ipse finis actus est volitus et intentus ab exercente actum: igitur exercens actum in talem finem exercendo vult peccatum. Velle autem peccatum est peccatum: igitur. Unde si quis negocietur ut habeat ad adulterandum. ad iniuste persequendum aliquem: vel ad pompam exercendum redditur illicita. Secundum. stat eam reddi illicitam etiam si finis eius non sit res in se illicita. patet. Nam aliquem habere immensas diuitias non est peccatum. Nam staret quod tales affluerent alicui nullatenus apponenti cor. nec peccaret recipiendo eas quia non teneretur eiicere inutiliter sed recipere potest et utiliter dispensare. Et tamen si quis negocietur in illum finem ut immensas habeat diuitias ibi sistendo etiam negatiue. i. non prestituendo hoc sibi ut finem ultimum et beatitudinem peccabit. Nam hec negociatio deriuatur ex radice infecta scilicet ex concupiscentia oculorum. Multomagis quando habere immensas diuitias ab eo intenditur non solum ibi sistendo negatiue sed etiam hoc ipse appreciatur ut summum bonum ibi sistendo affirmatiue. Nam tunc fruitur creatura quia amore eis inheret propter se. Et si dicatur: ex quo habere immensas diuitias non est in se malum igitur non depravabit negociationem in eam ordinatam. Respondetur: negando consequentiam. Nam etiam aliquid quod non est in se malum sed etiam simpliciter bonum et laudabile non est conueniens finis cuiuscumque actus: immo stat quod actus sit etiam deordinatus et illicitus si in tale quid ordinetur ut si illud sit minus bonum quam illud quod in ipsum ordinatur. Est enim contra rectam rationem quod nobilius ordinetur in minus nobile: sicut qui spiritualia dispensaret principaliter propter suam sustentationem peccaret. sic negociatio si fiat propter habere immensas diuitias (quod habere in se non est illicitum) redditur illicita negociatio. Preterea: habere immensas diuitias non est aliquis actus elicitus: eo quod etiam de dormiente verificatur. sed desiderare ipsas habere est actus elicitus et prohibitus a domino ibi. diuitie si affluant nolite cor apponere. Multomagis apponere cor ad non dum affluentes. ut affluant est prohibitum. Modo negociari propter huiusmodi diuitias includit desiderium earum: igitur. Tertium dictum. negociatio non reddit precise illicita propter hoc quod ordinatur ad lucrum. Nam habere lucrum si nihil addatur est finis adhuc indeterminatus et eius intentio vel volitio potest ultra vestiri alio fine determinato. nam contingit lucrum velle habere ad hoc ut sic immensas congreget diuitias: aut ut necessitati vel pietati subministret. Confirmatur: quia nisi sic omnis negociatio esset illicita: nam omnis talis fit propter lucrum habendum ut patet ex eius descriptione supra habita saltem quantum est ex voluntate negociantis. Nam negocians vult ut ultra precium quod exposuit sibi soluantur expense adductionis: conservationis: et etiam eius opere et cure et huiusmodi. Modo illud ultra accipiendum vocatur lucrum. Quartum dictum: ad hoc quod negociatio sit quantum est ex parte finis licita requiritur quod lucrum intentum ordinetur ad alterum illorum duorum scilicet ad necessitatem aut pietatem. Exemplum primi. si ipse eo indiget vel familia

ſua vel ceteri quorum tanq̃ domeſticorum
tenetur curaꝫ habere. Iuxta illud apoſto-
li .p̃me ad Thy. v. Si quis ſuorum ꝛ ma-
xime domeſticorum curam non habet: fideꝫ
non habet: ꝛ eſt infideli deterior. Et iteruꝫ
Parētes debēt theſauriꝫare filijs .ij. Cor.
xij. Exemplum ſecundum: vt ſi non indigeat
illo lucro: pauperes tamen chriſti indigēt:
ad quorum indigentiā releuādaꝫ ordinat ꝑn-
cipaliter illud lucrum. Laudabile enim eſt
vt talis nō omnino ocietur. q̄d vtiq̃ vitu-
perabile eſſet: ſed cum ſm ſtatum ſuū diui-
num penſum expleuerit: aliquā actionē ſe-
cularem vtilem honeſtam importare valē
tem releuationem indigentiū exerceat quā
nouit. Ap̄ls enim ad Epheſios .iiij. ait La-
boret ſupple homo manibus ſuis q̄d bo-
num eſt vt habeat vnde tribuat neceſſita-
tem patienti. Modo ſtat q̄ aliam artē nō
nouerit q̃ negociationem: igitur. Et dico
ſm decentiam ꝛc. Nam indecens eſſet q̄ il-
le tātū inhiare vellet talibus lucris quan
tum hi quibus ſubeſt prima cauſa que eſt
neceſſitatis. Plus enim ſtringit neceſſitas
quia eſt precepti q̃ pietas exiſtens conſilij
Miſerere enim anime tue placens deo di-
citur Eccleſiaſtici .xxx. Quid enim eēt q̄ ta-
lis vniuerſum mundum lucraret̃ ꝛ anime
ſue detrimentum pateretur. ꝛ pius in pau-
peres eſſet pro eis inhiando lucris ꝛ in ſe
impius ꝛ crudelis eſſet proprie ſalutis ne
glector. Et ſicut poteſt eſſe licita ſi fit lucrū
aliquo predictorum modorum: ſic etiam lici
ta eſſe poteſt ſi fit ꝓpter vtilitatem reipubli-
ce ſcꝫ quatenus patrie non deſint res neceſ
ſarie vel vtiles. Quinto redditur illicita
ex defectu circumſtantie cui. de hoc pone
ſex exempla. Primum: ſi quis negocietur
vendendo aliquid eis quibus eſt ꝓhibitū
vt ſi quis vendat excommunicato. Nam
in tali negociatione eſt communicatio: mo
do regulariter loquendo prohibitū eſt cō-
municare cum excommunicato. Secūdū
exemplum: vt ſi quis negocietur venden-
do merces eis quibus quid vendere ē pro
hibitum: etiam ſi illi non ſint excōmunica
ti. Sicut ſtatutū eſt q̄ ſi iudeus iniciat ma
nus violentas in clericum ꝛ domin⁹ eius
monitus vt faciat eum ſatiſfacere iniuriaꝫ
paſſo ꝛ eccleſie neglexerit illud adimplere
debet prelatus eccleſiaſticus omnibꝫ chri-
ſtianis per cenſuram eccleſiaſticam inter
dicere ne cum iudeo anteq̃ ſatiſfaciat pre
ſumāt cōmercia. extra de iude. ꝛ ſarra. po
ſtulaſti. Et ſic poſt talem prohibitionē illi
citum eſt tali merces vendere: licet talis nō
ſit excommunicatus ſaltem directe. Alia q̄
tuor exempla ꝛc. ſunt illa que poſita ſunt i
prima concluſione de ſaracenis hereticis ꝛ
hoſtibus romani imperij ꝛc. Nam in pre
dictis quattuor non preciſe ex obiecto ſed
etiam ex circumſtantia cui deprauatur ne
gociatio. Sexto ex defectu circumſtan-
tie quibus auxilijs. de q̄ poſſunt poni tria
exempla. Primuꝫ: nam ſi quis negocietur
per miniſtros vel ſocios exercentes cōtra-
ctus damnatos vt palliatas vſuras aut q̄
vendunt pro ꝑcio exceſſiuo. aut agūt frau
dulentas venditiones: ꝛ ipſe ſcit vel credit
probabiliter tale quid de eis vel habꝫ igno
rantiam affectatam aut craſſam ꝛ ſupinaꝫ
de tali eorum iniquitate non excuſat a cō
ſimili peccato: ſi eos nihilominus tenet in
miniſterio vel ſocietate: licet ipſe ab illicitis
cōmercijs caueat ꝛ ſocium vel miniſtrum
admoneat ab illicitis abſtinere. Naꝫ illud
non ſatis eſt ſed cuꝫ effectu debet eos a ta
libus prohibere. Aut ſi non poteſt debet
ſe abſoluere ab eorum miniſterio ꝛ ſocieta
te. Et ſi nō poteſt: debet proteſtari q̄ nulla
tenus de illicitis lucris eorum velit partici
pare: nec in illos illicitos contractus con-
ſentire. Nam niſi ſic agat habetur pro con
ſentiente. Error enim cui non reſiſtitur ap-
probatur. lxxxiij. diſtinc. c. Error. Se
cundū exemplum. Si mediantibus ſimula-
tionibus negocietur, vt ſi ſimulat in exteri
ori geſtu ꝛ apparatu ſe ſimpliciter nolentē
vel valde difficilem ad emendum tanto p̄
cio: vel ad vendendum tam vili precio vt ſi
bi offertur (ſicut nonnunq̃ fit) quatenus ali
um deterreat vt ſibi pro remiſſiori vendat
aut pro maiori ab eo emat cum tamē i cor
de ſit ſimpliciter voluntarius ad ſic emen
dum vel vendendum ſicut ſibi offert. Hi
hec ſimulatio eſt mendacium operis vel ge
ſticulationis, et perinde eſt ac ſi verbis di
ceret ſe ſimpliciter nolentem vel valde dif
ficilem. q̄d vtiq̃ eſſet mendacium. Secus
vbi non ſimulat ſe aliter ſe habentē in men
te q̃ habeat: q̃uis non aperiat illam ſuaꝫ
mentem alteri nec querit rem emere: ...

dere pro iniusto precio. Nam differũt mẽtem suam non aperire seu explanare alteri ⁊ aliter eam aperire q̃ȝ in veritate sit. Tertium. Si negocietur mentiendo ⁊ multomagis peierando: vtputa dicit se rem tanto emisse cum non tanto emerit: dicit se dãnum sustinere si remissius vendat: dicit reȝ non defectuosam cum tamen sit defectuosa ⁊ huiusmodi. Et circa hoc nota octo dicta. Primum. Si quis negocietur aduertẽter iurãdo ꝓpositionem quã scit: vel probabiliter credit esse falsam: talis peccat mortaliter: quia irreuerentiaȝ magnã deo facit contra scd̃m preceptum decalogi: nã periurium est ex genere malum mortaliter prohibituȝ. ⁊ non refert an illa propositio in re sit vera vel falsa vel non: dũmodo credat probabiliter eam esse falsam. Dico autem aduertenter iurando propter sequentia. Secundũ. Si negociando iurat ꝑpositionem sibi dubiam dubio probabili vel equilibri: peccat mortaliter si aduertit se eam iurare: quia tunc exponit se probabili vel equilibri periculo periurij. Exponere autem se probabili vel equilibri periculo peccati mortalis est mortale. Tercium idem iudicium est. Si negociator nõ preconsiderat propositionẽ quã iurat an sit vera vel falsa: ⁊ nihilominus eam asserit per iuramentum: aduertẽs se iurare: debet enim eam preexaminare cum diligentia: alioquin exponit se periculo periurij et notabilis diuine irreuerentie. ⁊ maxĩe hoc facere debet homo in iudicijs ⁊ in illis in quibus leditur proximus. Quartũ. Si negociator preexaminauit eam diligenter ⁊ facta debita diligentia probabiliter credit eam esse veram: ⁊ sic eam iuramẽto credulitatis asserit veram: non peccat mortaliter etiam si in re non esset vera. Dico notanter iuramento credulitatis: quia si eam que tm̃ est sibi probabiliter credita assereret simpliciter tanq̃ȝ sibi simpliciter certam ⁊ constantem: non excusaretur a mortali si in re esset falsa. sicut in rebus condemnabilibus non sufficit iudici iuramentuȝ credulitatis: sicut tamen in fauorabilibus sepe sufficit. Unde si in talibus odiosis pro cõstanti: ⁊ vt certam asserat testis aliquã propositioneȝ que tm̃ est sibi ꝓbabiliter credita nullatenus excusabitur a mortali si in re est falsa. Quintum dictum. Si aliquaȝ propositionẽ dicit quã scit vel credit non esse veram aut de ea dubitat dubio probabili vel equilibri: vel non considerat eam an sit vera vel non ⁊ iuramento eã asserat non tamen aduertẽdo se iurare: puta lapsu lingue vel inconsideratione: non videtur ratione iuramenti annexi peccare mortaliter: quia mortale peccatum requirit deliberationem veram vel interpretatiuaȝ. Hic autem non est talis deliberatio ratione inuocationis dei in testem vt casus sonat: et licet sit deliberatio ex parte propositionis tamen illam asserere vel dicere vt verã nõ est mortale: quia stat q̃ eius assertio nõ sit nisi mendacium officiosum vel iocosum.

Est igitur ille casus tm̃ veniale peccatuȝ ratione iuramenti annexi: licet valde cauẽdum sit. quia valde appropinquat ad mortale. Et dixi ratione iuramenti ⁊c̃. quia ratione propositionis asserte posset eẽ mortale: quia stat q̃ eius assertio sit mendaciũ perniciosum posset etiam ratione eiusdem esse veniale si sit mendacium officiosuȝ vł iocosum: ⁊ tunc duplex veniale erit ibi.

Sextum. Si propositionem etiam verã ⁊ quã scit vel credit verã iurat ex quadam leuitate vel consuetudine vel etiam si non aduertat se iurare est veniale. ⁊ grauius esset si aduerteret se iurare si non subest causa legitima qualis ẽ necessitas vel honesta notabilis vtilitas. Unde christus non permisit iurare omnino dicẽs Dico vobis nõ iurare omnino Matth. v. id est ex quacũq̧ causa sed tm̃ ex causa necessitatis aut notabilis vtilitatis. Et sicut hic dicit̃ de negociatore: sic intelligendum est de alijs in simili forma iurantibus. Septimum. Si sine iuramento mentitur mendacio pniciosó ipsi cum quo negociatur: mortalit̃ peccat: vtputa mentitur vt damnificet proximum cui vult vendere vel a q̃ vult emere: vel ex quo sequitur damnum proximo vt ipse conijcit vł conijcere debȝ. Et intelligitur de pernicio vel damno notabili. Nã si in modico quod esset vilis estimationis ⁊ quasi pro nihilo computaretur intenderet decipere: illud tm̃ esset veniale nõ mortale nisi ex animo fieret mortale. puta quia

preparate mentis in actu esset si posset eũ decipere in magno: etiam facere vellet. nã etiam tunc esset mortale al's secus: sicut in simili qui furatur vel accipit vilem rem: vt puta pennã suo cõscholari vel pomum de arbore vicini ꝛ huiusmodi: nullatenus furaturus rem notabilis precij non nisi veniale furtum committit. secus si animo actu conciperet se etiam rem notabilis precij furaturum si inueniret. Quomodo autẽ ad illorum modicorum restitutionem in quibus venditor decipit proximum teneatur videri habet in tractatu de restitutionibus.

Octauum. Si sine iuramẽto mentitur mendacio officioso: vtputa in vtilitatẽ suam sine damno proximi nõ peccat nisi venialiter: vtputa simplici verbo dicit se emisse rem tanto cum minori precio emerit: ꝛ hoc facit vt alius ab eo emat condigno precio qui alias ab eo nullatenus emeret sed contenderet sibi dare precium nimis paruum. Nec oportet addere ꝙ ad hoc ꝙ tale nõ sit mortale requiratur (vt quidã dicit) ꝙ talis negociator non ducat hoc mendacium in consuetudinem. Nam etiam si ducat in cõsuetudinem non erit illud mortale: qꝛ veniale mille vicibꝰ repetitũ nunꝙ erit mortale: nec equiualet vnꝙ vni mortali: ꝙuis sit natum disponere tandem ad mortalem contemptum diuine offense. Nec est simile de ebrietate. Nam ebrietas (saltem proprie capta vt hic capimus scilicet que ẽ subuersiua rationis) est ex genere mortalis ꝙuis ex imperfectione deliberationis ꝛ consensus sit venialis: puta quia inebrians nõ aduertit illum potum esse inebriatiuũ: nec ab alijs hoc audiuit vel expertus est eius fortitudinem ꝛ effectum licet aduertat eũ esse immoderatum ꝛ nihilominus eum bibat. Modo veniale ex imperfectione (qđ tamen est ex genere mortale) si ducatur in consuetudinem erit mortale eo ꝙ frequentando efficitur vere vel interpretatiue sciens illum potum esse inebriatiuũ et ꝑ consequens est interpretatiue vel vere deliberate volens incurrere subuersionem rationis. Volens autem committere mortale ex genere si illud deliberate vere vel interpretatiue velit: peccat mortaliter. Nam sic est de mendacio officioso: quia illud ex genere est tm̃ veniale. Ideo etiam si deliberate committatur ꝛ replicetur non nisi veniale manebit. Unde ꝺm hoc debet intelligi dictum Augustini dicentis. Nullũ adeo veniale est qđ non fiat criminale dum placet. Loquitur enim de venialibus non ex genere sed ex imperfectione cõsensus ꝛ carentia deliberationis. Septimo ꝛ vltimo ex defectu circumstãtie quomodo. Et possunt poni quattuor exempla. Primũ Si negociando cõmittat monopolium. Deriuatur autem seu componitur monopolium altero illorum duorum modorũ scilicet aut a monos quod est vnum ꝛ poliũ. i. vẽditio: quasi venditio quã vnus solus exercere habet. Vel secundo dicitur a monos quod est vnum ꝛ polis ciuitas ꝙ negociatio tm̃ vni in ciuitate concessa: vel per eum vsurpata. Et ꝺm primam deriuationem seu compositionem exercens monopolium dicitur monopola penultima producta: a monos quod est vnum ꝛ pola. i. vẽditor quasi vnꝰ vel singularis venditor vel negociator: sicut bibliopola: penultima producta dicitur bibliarum. i. librorũ venditor. Sed ꝺm secũdã dicitur monopolus penultima correpta: a monos id est vnum ꝛ polis ciuitas: quasi vnus vel singularis in ciuitate venditor vel negociator Et ꝙuis ꝺm aliquos committatur monopolium non tm̃ primo modo infra dicendo sed etiam alijs modis ibidem ponẽdis tamen proprie non est monopoliũ nisi primo modo: vt patet ex vi nominis: ꝛ etiam patet quia ĩ rubrica. C. de monopolijs distinguitur tam in. tex. ꝙ in glo. monopolium ab alijs modis. Unde dicitur ibi sic De monopolijs ꝛ conuentu negociatorũ illicito vel artificio ergalaborum nec non balneatorum prohibitis illicitis pactionibus. hec ibi. Attamen quia omnes modi illi prohibentur sub vno titulo: ideo transeamus ꝑnunc cũ tali modo loquendi.

Primo igitur committitur monopoliũ si quis propria auctoritate vel etiã auctoritate rescripti imperialis impetrati vel impetrandi aut pragmatice sanctionis cõtendat vt sibi soli liceat exercere negociationẽ in ciuitate: aut contẽdat ꝛ conetur ad hoc vt nullus preter eum exerceat eã. Sed

Si nō solus ipse exerceat sed etiā alij: attñ pactū faciūt ipse ⁊ alij φ nō remissiori pcio vendant merces ꝙ sicut cōuenerunt: non posse intendentes p hoc se cōseruare indēnes sed intendentes lucrū etiā imoderatū ex nimietate precij cōsequi. Tertio. Etiā si illud pactū nō facerent ex illa causa vt imoderatū lucrū ɔsequerent̄ sed tm̄ vt se cōseruarent indemnes a lucri illius cessatione qd als etiā licite recipere possent. Nā liberū decet eē forū rerū vt nō astringat se ꝙs pacto nulli se facturū gratiā in venditiōe mercum. Nam constat φ preciū iustū habet aliquātā latitudinem intra quā si recipit vēditor: manebit indemnis a damno emergenti ⁊ etiā cessationis lucri: sic φ adhuc habebit lucrū: etiā si nō in extremo vl' rigido gradu: latitudinis vendat. Modo per p̄dictum pactum cōtingeret paciscenti p̄cludi viam vt non nisi in rigidissimo gradu iusti precij venderet cum tamē gratiose ⁊ sine suo damno posset vendere remissiori. Quarto: si aliqui singulariter scientes aliquā artem paciscantur inter se ne quisꝙ eoꝝ doceat queꝙ illam artē nisi sit filius vel filia nepos vel neptis eorūdem: ⁊ sic de similibus vt sic ipsi soli cōsequant̄ cōmodū ⁊ lucrum illius artis. Quinto. Si balneatores cōdicāt vt nō balneent queꝙ nisi p precio super quo inter se conuenerunt.

Sexto. Si locatores opaꝝ vt scriptores libroꝝ aut edificatores edificioꝝ cōdicunt inter se vt opus inceptū ab vno nullus alioꝝ perficiat: ⁊ idē de locatoribus rerum: vt si locatores equoꝝ aut domorū aut stationum vel apothecarū in quibus mercatores in nundinis tenent forū condicerent predicto modo. Q autē monopoliū omnibus illis modis sit illicitum: probatur sic. Primo qr damnatur naturali ratione. Nā illud qd tm̄ propter priuatū cōmodū est in notabilē ⁊ grauē perniciem rei publice: ⁊ cū hoc p̄cludit viam benefaciendi p̄rimo est illicitū: si enim aliqd mēbrum singulare corporis naturalis conaret̄ propter suū tm̄ cōmodū illud agere qd in p̄niciem totius corporis vel alioꝝ mēbroꝝ redundaret aut p̄hiberet beneficiū ceteris membris impendi ⁊ toti corpori. Illud meritꝙ tanꝙ p̄niciosum membrū rescindendū eēt ergo sic etiā ē i corpore mystico cuiusmodi est res publica. Modo monopoliū predictis modis est hmōi. Nā si exerceat̄ p̄dictis modis hoc inde sequit̄ φ singule psone ciuitatis cogent̄ merces quibꝰ indigēt ab illo vno ⁊ singulari s̄m illius beneplacitum recipere: ⁊ hoc p̄stabit occasionem φ cogētur preciū immoderatū exhibere ⁊ opprimētur ⁊ angariabunt̄ ɔtra iusticiā ⁊ quasi ad quandam seruilem obligatiōnē redigent̄. cum tamē deceat in libera ciuitate liberam esse facultatē in emendo: vendendo: locando ⁊ cōducendo. Aut si nō fiat p̄dicta oppressio nec occasio eius: attamen beniuolis negotiatoribus p̄cluditur via bene faciendi ⁊ gratiam impendendi primo. contra illud Prouerbio. iij. Noli p̄hibere benefacere eum qui pōt sed si vales ipse bene fac. Secundo probatur. quia ē contra legē positiuā: nam lex ciuilis damnat simpliciter monopolium s̄m omēs p̄dictos modos: ⁊ ex magnitudine pene annexe cōijcitur φ taliter est p̄hibitum φ tenent̄ subditi sub mortali pctō ad eius obseruantiam. Nā exercens monopoliū p̄mo mō: p̄prijs bonis debet expoliari ⁊ ppetuo exilio dānari. Exercens autem alijs modis tactis debet puniri in quadraginta libris auri. Et officialis qui precio corruptus vl' dissimulatione aut quacūꝙ alia vitiosa causa nō punierit sed permiserit tales modos monopolij dꝫ puniri in quinquaginta libris auri. Secūdū principale exemplū. Si negociator emit diminuto precio merces decepto scꝫ vēditore aut ipse postea vēdit excessiuo precio: et de hoc infra. q. lvij. et. lviij. Tertiū. Si carius vendit transeuntibus ꝙ manentibus. Unde dicit cōcilium Albanense. Presbyteri plebes suas moneant vt hospitales sint ⁊ nō carius vendant transeuntibꝰ ꝙ mercato vendere possint. Et intelligitur si excessus sit vltra latitudinē iusti precij: alioquin si intra eā fuerit poterit vni carius vendere ꝙ alteri: qr vult alteri gratiā facere. Quartū. Si carius vendit ad terminum ꝙ faceret ad promptam solutionem: ⁊ hoc propter hoc φ expectando implicite mutuat emptori. De quibus infra videbit̄ plenius. Et generaliter omnis venditio ⁊ emptio in qua e iplicita

vsura reducitur ad defectum huius circũstantie. Posset etiã exemplificari de quomodo per illas negociationes que nullã vtilitatem afferunt reipublice sed potius damnum: vt venditiones instrumētorum ludi fortune et quedam alie de quibus infra dicetur. Et si dicatur adhuc restant due circũstantie: scilicet quid et circa quid. Dicēdum quod ambe ille in presenti actu habent rationē obiecti actus potius quam circumstantie. Nam id quod venditur vel emitur vel circa quod ē emptio et venditio est obiectum negociationis. De modo de obiecto dictum est in prima conclusione et hec de presenti questione.

Questio. LIII

Vtrũ negociatio

seu mercatio sit indistincte clericis illicita Solutio questionis stat in quinque distinctionibus et sex cōclusionibus.

Prima distinctio.

est. Negociatio capitur tripliciter. Primo generalissime. et sic quicunque actus acquisitiuus seu lucratiuus tēporalium siue sit cōtractus siue aliquis alius actus vel exercitiũ: puta alicuius officij vel artificij dicitur negociatio. Nam multa officia secularia dicuntur negotia secularia: vtputa officium secularis aduocātie et procurationis secularis vt procurationis villarum et officiũ iurisditionis secularis et tabellionatus: atque exercitiũ vtriusque medicine. Hec enim reputantur negocia secularia: vt patet per totũ: extra ne clerici vel monachi se immisceant negocijs. Similiter officium vel exercitiũ tabernarie et macellarie. Secundo capitur generaliter et sic tantum contractus dicitur negociatio nō tamen solus cōtractus emptionis: imo etiã cōtractus locationis cōductionis et contractus mutui factus ad lucrum cuiusmodi ē mutuatio vsuraria dicitur hoc modo negociatio. Nam negociatio generaliter capta ē idem quod mercatio generaliter capta modo negociatio generaliter capta sub se comprehendit nō tantum emptionem et venditionem: sed etiam mutuationē vsurariã. Nam mutuantem ad vsuras Johannes chrysostomus enumerat inter mercatores Matth. xxi. super illo. Eiecit emētes et vēdētes. vbi dicit sic. Super oēs mercatores maledictus ē plus vsurarius. Ipse namque rem datã a deo vendit nō cōparatã. post fenus rem suã repetit tollens aliena cũ suis. Mercator enim nō repetit rem venditã. hec ille. Tertio modo specialiter: et hoc modo tantum contractus emptionis vel venditionis vel vterque simul: dicitur negociatio.

Secunda

distinctio. Negociatio etiã specialiter capta est duplex. Nam quedã non dicitur lucratiua: saltē proprie loquēdo. et ē illa vbi aliqua emuntur nō vt reuendantur sed emuntur ad vsum suum Aut si venduntur nō tamen fuerunt io empta vt reuenderentur sed ad vsũ domus fuerunt empta: vel etiam aliter fuerũt acquisita quam emptione. vtputa dono vel labore proprio. Alia vero dicitur proprie loquendo lucratiua vbi scilicet aliqua emuntur vt reuendãtur. Sic philosophus primo politice distinguit duplicē acquisitiuã pecuniarum seu pecuniatiuã. Quedã enim dicitur pecuniatiua vtilis quia scilicet acquiritur pecunia de rebus necessarijs vt alia vtibilia emantur. Alia ē trãslatiua quia acquiritur pecunia ad emēdũ res: non vt ipse eis vtatur sed vt reuendat.

Tertia

distinctio. Negociatio specialiter capta nō lucratiua proprie loquendo dicta: ē duplex. Quedam ē yconomica et ē illa qua res aliqua emuntur ad vsũ et necessitatē ementis et suorum: vt quis emit blada vel vina nō vt reuendat sed vt in familia sua vtatur eis. Alia ē politica scilicet qua res emuntur ad vsũ et necessitatē ciuitatis: vt si rector ciuitatis blada vel vina emat quatenus exercitus bellicus inde viuat.

Quarta

distinctio. Negociatio yconomica fit dupliciter. Primo dũtaxat emēdo vt precedēs exemplum fuit. Secūdo dũtaxat vēdendo vt si quis blada et vina que de suo proprio labore quo agros et vineas suas coluit habet: vēdat. Similiter si quis res sibi donatas vēderet. aut si quis res emerat ad vsum suũ sed cũ sibi superfluunt eas vēdit: vel si sibi nō superfluũt attamen si nūc nō vendat sed retineat damnificaretur quia leuiori precio poterit postea inuenire.

Quinta

distinctio. Negociatio lucratiua ē duplex. quedã enim ē stricte loquēdo negociatio: et illa

vbi q̄s emit res vt easdē reuēdat ſm carū dē rerū valorē ſine hoc ꝙ ꝑ artificiū illas ī mutet ad aliquā formā artificialē: rōe cuiꝰ eā vendat: vt ſi q̄s emit maſſas ferri: vt ſic eaſdē ſicut emit reuendat: et dicit̄ ꝓprie lucratiua pecuniaria. Alia eſt non ſtricte loquēdo negociatio qua ſcꝫ q̄s emit res vt ꝑ artē aliquid ex eis operetur: vt ſic opatas vendat ſm valorem artificialis forme introducte. Et hoc fit dupliciter. Pͥo ſi tales res vendit quaꝝ valor totꝰ eſt ex artificio vt ſi ex materia quaſi nulliꝰ p̄cij operetur aliqd̾ artificiale: ſicut ſunt matte vel ſtoria que fiūt ex iuncis, a ſterno dicta: eo ꝙ ſternunt̄ ſup terrā ⁊ fiſcelle ⁊ ſportule q̄ fiunt ex viminibꝫ. Scd̾o ſi tales res vendit quarum valor nō totus ē ex artificio ſed etiam ꝑtim ex materia: vt ſi q̄s emat aſſeres vt ex eis faciat archā ⁊ ſic eā vendat vel pergamenū vt faciat libꝝ ⁊ ſcribat ⁊ ſcp̄tū vēdat

Prima conclusio. Nō eſt indiſtincte ⁊ vniuerſaliter dicēdū ꝙ negociatio ſit illicita clericis. Probat̄: qꝛ tūc ſenſus eēt ꝙ nulla negociatio vl̓ ī nullo ſenſu eſſet eis licita: hoc autē ē falſū: naꝫ etiā aliquibꝰ auctoritatibꝫ pōt cōuinci aliquā vel in aliquo ſenſu eis negociationeꝫ eē licitā. qd̾ ꝑꝫ. Naꝫ artificiū exercere vt artificiata vēdant̄: ⁊ ſic lucrū ꝓ ſua vel indigentium ſuſtentatione obtineatur eſt aliqualis negociatio: ⁊ tn̄ clerico licitū eſt artificia aliqua exercere vt artificiata ꝑ eū vēdant̄ ⁊ lucrū p̄dicto modo habeat̄. Minor: ꝑꝫ ſequētibꝫ auctoritatibꝫ q̄nqꝫ. Pͥa eſt ex cōcilio carthaginenſi: ⁊ habet̄. xcj. di. c. Clericus. vbi dicitur. Clericus victū vl̓ veſtitū ſibi artificiolo vl̓ agricultura abſqꝫ officij ſui detrimento ꝑparet. Clericus enī qui abſqꝫ corpuſculi ſui inequalitate vigilijs deeſt: ſtipēdio priuatꝰ excōmunicet̄. Scd̾a ē ex eodē cōcilio q̄rto vbi dicit̄. Clericꝰ quilibꝫ verbo dei eruditꝰ artificiolo victū querat. Tertia eſt ibidē vbi d̾r. Oēs clerici qui ad opandū validi ſūt ⁊ artificiola ⁊ litteras diſcant. Quarta ē: qꝛ vt habet̄ Actuū. xviij. Apl̓s paulꝰ etiā exiſtēs ap̄ſ exercuit artificiū artis ſcenofactorie. i. artis faciendi ſcenon. Scenon autem qd̾ grece ſignificat vmbrā accipit̄ in latino pro tabernaculo: etiā pro fune: ⁊ ſic Paulus fuit funifex vel tabernaculorū vel tentoriorū factor. Et ꝙ nō ſolū ſciuerit ſꝫ etiaꝫ exercuerit: ꝑꝫ qꝛ ibidē dicit textꝰ ꝙ paulus manebat apud Aqlam ⁊ Priſcillā eo ꝙ eiuſdem artis erat ⁊ opabat̄. Erāt aūt ſcenofactorie artis. Et ſitr p̄me Cor. iiij. Ip̄e ꝓ ſe ⁊ alijs dicit, laboramꝰ opantes manibꝫ noſtris. Et ſcd̾a ad Theſſal. iij. Neqꝫ gratis panē mādūcauimꝰ ab aliq̄. ſed in labore et fatigatione nocte ⁊ die opantes ne quē veſtrū grauaremꝰ. Quinta ē ex cōcilio Narcenſi: ⁊ habet̄. xcj. di. ⁊ etiā extra de celebra. miſſaꝝ. c. j. vbi d̾r de clerico ꝙ pacis horis ⁊ viſitatis infirmis ſi voluerit exeat ad opus rurale vt neceſſitatibꝫ ꝑegrinorū ⁊ hoſpitū ſiue diuerſoꝝ ꝯmeantiū infirmorū atqꝫ defunctoꝝ ſuccurrere poſſit.

Secunda conclusio. Nō ē indiſtincte vel vniuerſaliter dicendū ꝙ negociatio ſit licita clericis. Probat̄. qꝛ multe auctoritates innuūt eā eis eē illicitā deteſtabilē ⁊ ꝓhibitam. qd̾ ꝑꝫ enumerādo tres ⁊ tertia includit tres. Prima ē Auguſti. in lib. qōnū ve. ⁊ no. teſtamenti. ⁊ habet̄. lxxxviij. di. i. c. fornicari. vbi dicit̄. fornicari hoībꝫ ſꝑ non licꝫ: negociari aliq̄n licet aliq̄n non licet. anteq̄ꝫ enī eccl̓iaſticꝰ q̄s ſit licet ei negociari fcō aūt iā nō licet. Mō cū q̄s fit clericꝰ fit eccl̓iaſticꝰ igit̄. Scd̾a ē Hierony. eadē diſtin. i. c. negociatorē: vbi d̾r. Negociatorē clericū: ex ī ope diuitē. ex ignobili glioſum q̄ſi quādā peſtē fuge. Tertia ē Gelaſij pape eadē diſ. c. ꝯſ̄s. vbi Gelaſiꝰ ſub pena ſuſpenſionis ab officio clericali decreuit clericos debere abſtinere a negociatiōibꝰ. fundādo ſe in tribꝫ auctoritatibꝫ q̄bus h̄ innuit̄. Pͥa: qꝛ Math. xxj. Xp̄s eiecit emētes ⁊ vēdētes ī tēplo. inſinuās ꝙ in eccl̓iaſtico loco nō debēt talia exerceri ſic nec ꝑ eccl̓iaſticas ꝑſonas. Scd̾a: qꝛ Paulꝰ ſcd̾e ad Thy. ij. ait. Nemo militās deo īplicat ſe negocijs ſecularibꝫ. clerici aūt militant deo. Tertia: qꝛ pſ. ait ſm trāſlatiōeꝫ. lxx. interpretū. Qm̄ nō cogñui negociationē introibo ī potētias dn̄i: vbi innuit ꝙ ad h̄ ꝙ q̄s introeat in potētias dn̄i: dꝫ ſe n̄ īplicare negociatiōi. Cū āt clericoꝝ ſit ſp̄ālit̄ intrare ī potētias dn̄i: ſic q̄ ꝓpoſitū. Nūc videdū ē ſꝫ tres acceptiōes negociationis quō ſit illicita vel licita cle=

ricis. Et prio dicendu3 est de vltima acce-
ptione. Est ergo.

Tertia conclusio.

Si negociatio capiatur specialiter: nego-
ciatio quo ad duas eius species est cleric(is)
licita. Primo quo ad eam que proprie lo-
quendo nō dicitur lucratiua ⁊ nominatim
quo ad yconomicam etiam quo ad vtrūq3
eius modū quo fieri solet Nam licitū ē eis
emere ea que necessaria sunt in domo pro
vsu suo ⁊ familie sue. Unde Aplus prime
ad Thy. iij. ad episcopum ait. Opor3 epi
scopū esse sue domui bñ ppositum. Simi
liter si clerici de prediis ecclesiastic(is) vel pa-
trimonialib⁹ vel dono habeant aliqua q̄
bus non indigent pro domo possunt illa
vendere. Secūdo quo ad lucratiuā non
stricte captam etiam quo ad vtrunq3 eius
modum quo illa exercetur vt habitum est
in quinta distinctione. Nam hec scōa mi-
nus videretur licita monachis: ⁊ tamen ē
eis licita vt ostendit auctoritas Hierony-
mi dicētis ad Rusticū monachum: ⁊ habe
tur de conse. distin. v. c. nunq̄. Si haben-
tes potestatem apostoli de euangelio viue
re laborabant manib⁹ suis ne quē graua-
rent: cur tu in vsus tuos successura nō pre
pares vel fiscellam texe iunco vel canistrū
lentis plecte viminib⁹. Et infra. fabricare
aluearia apum ad quas te mittunt prouer
bia salomonis. et regiam disciplinā in par
uis disce corporib⁹: hec ille. Et hoc ad pri
mum modum illius negociationis lucra-
tiue non stricte capte valet. Quo ad se-
cundū vero modū eiusdē dicit idē ad eun-
dem. Scribantur illi libri vt man⁹ operet(ur)
cibos ⁊ anima lectione saturet(ur). Texant(ur) ⁊
lina capiendis piscibus: egiptiorū3 mona-
steria hunc morem tenent vt nullum absq3
labore suscipiant. hec ibi. Et ibidē etiā ha-
betur ꝙ monachis licita ē agricultura Un
de dicit. seratur humus: areole equo limi-
te diuidantur in quibus olerum iacta fue-
runt semina vel plante per ordinē3 posite:
aque ducantur irrigue. Et infra. inserātur
fructuose arbores vel gemmis vl' surculis
vt paruo post tempore laboris tui dulcia
poma decerpas. Et glosa dicit. Gēme hic
dicuntur nodi virgarum vnde flores ⁊ frō
des erumpunt. ⁊ ſm leges quedam arbo-
res dicuntur gemmales. Et de secūda spe
cie illius non lucratiue negociationis di-
cit Johannes chryso. vt allegatum est su-
pra in tertia auctoritate scōe əclusiōis que
stione quinq̄gesima. Quicunq3 rem cōpa-
rat vt materia sit sibi aliquid operandi ille
non est negociator supple stricte loquendo
Unde hanc secundā speciem q̄ ad vtrūq3
suum modum exercere est artificium exer-
cere. Attamē ad hoc requiruntur aliqua
Primo ꝙ sit artificiū in se honestū. Nam
inhonestū vt taxillos facere ⁊ similia non
est ei licitū. Secūdo ꝙ cōgruat statui suo:
Nam si vellet facere ea que de per se ad se-
ua ordinant(ur): vt arma ad bellū3 licet iustū
non videretur licitum. Tertio ꝙ illis non
ex cupiditate sed necessitate sua vl' pietate
ad pauperes intendat. Quarto ꝙ nō negli
gat officiū clericale. Na3 hoc prohibet: vt
patuit in auctoritate pma pme əclusionis
Uñ licitū est ei emere ferrum vt inde faci-
at ligonem. asseres vt inde faciat archam.
tabulā vt ibi impingat imagines. et etiā li-
citum ē emere pullum equi ſm aliquos vt
eum educet ⁊ vendat vt lucrum habeat p
sua sustentatione.

Quarta conclusio.

Negociatio specialit(er) capta ē clericis quo
ad duas alias eius spēs illicita. Prio quo
ad politicā. Nā illa non est licita nisi ei cui
licitū est habere curā secularem ciuitatis.
Modo clerico illud nō ē licitū3 vt patet
ex auctoritate habita in prima distinctiōe
pambula. Uñ etiā .lxxxviij. dis. decernit(ur)
deijciendus eps sacerdos vel diacon⁹ se-
culares curas assumēs. Scōo q̄ ad lucra
tiuā proprie dictam. Et illam sola3 vocat
Johannes chrysostomus negociationem
prout allegatum est: et de illa loquūtur au
ctoritates secunde conclusionis. Ratio
autem quare illa est eis interdicta est du-
plex. Prima: quia est actus qui commu-
niter maculatur peccatis: modo clerici de
bent ab illis abstinere. Iuxta illud. Am
bulans in via immaculata: hic mihi mini
strabat. Maior patet triplici auctoritate.
Nam Ecclesiastici. xxvij. dicitur. Due spe
cies difficiles ⁊ periculose mihi apparue-

rint. Difficile exuitur negocians a negligentia: et non iustificabitur caupo a peccatis labiorum. id est duo sunt modi viuendi difficiles ad seruandum iusticiam et periculosi propter iusticie transgressionē. Negociator enim propter hiatum ad diuitias difficulter vitat negligentiam salutis sue, et caupo ex frequenti iuratione incurrit tandem periurium. Secūda est ibidē. Sicut in medio compaginis lapidū palus figitur: sic et inter medium venditionis et emptionis angustiabitur peccatis. id est sicut in medio congeriei lapidum palus fixus hinc et inde pondere lapidum comprimitur: sic negocians ex vna parte scilicet quando emit comprimitur peccato diminute solutionis pro quanto vult nimis parum dare: et ex altera parte quando reuendit peccato excessiue exactiōis: quia vult habere precium nimis magnum. Tertia est Leonis pape dicentis. Difficile est inter vendētis ementisque commerciū non interuenire peccatum. de penitentia distinc. v. c. qualitas. Secunda ratio. quia negociatio multū implicat mentem curis secularibus: et per consequens a spiritualibus retrahit. Modo vtrūque est indecens clerico. Nam contra primū ait Apostolus. Nemo militās deo implicat se negocijs secularibus. secūde ad Tymo. ij. Et contra secundum est eius vocatio. Nam ad vacandum diuinis est vocatus et electus. Unde ideo in sūmitate capitis clerici raduntur vt protestentur mentem habere denudatam a temporalibus: et reuelatam et expeditam ad celestia. Propter quod Numeri. xviij. dicitur de sacerdotibus. Ego dedi vobis fratres vestros leuitas de medio filiorum israel: et tradidi donum domino vt seruiant in ministerijs tabernaculi eius. Aliqui tertiam rationē assignant dicentes: quia negociatio ordinatur ad lucrum. modo debent esse cōtemptores lucri. sed non valet: quia licet inhonesti lucri debeant esse contemptores: non tamen omnis honesti lucri. Alioquin etiā non possent artificiola exercere. Nā etiam cum illa exercent querunt lucrum honestū ad suam vel aliorum sustentationem. Unde eque illa ratio concluderet eis esse illicita artificia: et illas negociatiōes de quibus tertia conclusio sonuit. Pena autem clericorum exercentium negociationem lucratiuam stricte captam est quod debent excōmunicari. extra ne clerici vel monachi. c. sub interminatione. Et si se non correxerint: debent deponi. ita tamen quod religiosi districtius puniantur quam ceteri: vt in codē titulo. c. sed nec. Et ex hoc sequitur correlariū quod clerici illam exercentes peccant mortaliter: et quod illa prohibitio est simpliciter dicta quia nemo debet excōmunicari vere nisi pro mortali seu pro transgressione cōstitutiōis simpliciter prohibitiue vel preceptiue.

Quinta conclusio.

Si negociatio capitur generaliter prout ad alios contractus acquisitionis vel lucratiuos extendit se quam ad emptionem et venditionē ipsa est quo ad aliquas spēs eius licita et quo ad aliquas illicita. Nā mutuatio lucratiua seu vsuraria est illo modo negociatio seu mercatio: et est interdicta omni homini et pena positiua contra clericos ē degradatio. vt in. c. Si quis. xlvij. distinc. et xiiij. q. iiij. c. quoniā. Similiter oīs alius cōtractus iniquus sicut iniusta locatio conductio et huiusmodi. Aliqua vero talis negociatio ē licita: vt si pro sua vel suorum sustentatione locet sua animalia pro aliquo fructu vel pensione sibi danda: sicut etiā si habet domos vel predia pōt illa locare dūmodo pro iusto locagio. Similiter cōducere animalia aliorum cum illis colendo agros suos vel fructus colligendo. Similiter pōt cōducere aliquas possessiones excolendas: sed hoc vltimū ē magis proprie locare opas suas ad excolendum eas.

Sexta conclusio

Si negociatio capitur generalissime aliquid ē eis illicita: aliqua licita. Nam aliqua officia et artificia sunt eis licita: vt illa que enumerantur in prima suppositione. Aliqua etiam sunt eis licita: vt patuit. igitur. Et nota quod illa negociatio que est illicita clericis est mortale peccatum illis qui sunt in sacris et idem de religiosis. Sed de clericis existentibus in minoribus aliqui iurisperiti benigne sentiunt quod illis siue sint coniugati siue non non sit mortale si saltem

negociatio est talis que etiam laicis nõ eẽt mortalis. Attamen si non sunt coniugati possent tales compelli per priuationẽ cuiusdam priuilegij clericalis ad dimittẽdũ negocium: et si ter fuerint moniti per eum qui habet episcopalem iurisditionem de iure vel priuilegio vel consuetudine ⁊ non dimiserint perdunt ipm ipso facto. Et dico cuiusdam scilicet illius quo nõ possunt vexari exactionibus ⁊ in persona vel in rebus proprijs: non autem alterius priuilegij scilicet canonis ꝙ iniciens manum in eos est excommunicatus. Nec fori scilicet illius quo non possunt pro excessibꝰ condemnari etiam ciuiliter per secularem iudicem. Nam illud etiam retinent post trinam monitionem. Nam etiam coniugati quos oportet intendere seculaibꝰ negocijs gaudent illis si habitum deferant ⁊ tonsuram multo fortius non coniugati.

Questio LIIII.

Utrũ negociatio

illa sit licita qua sequentes res emunt vel efficiuntur vel aliter acquiruntur ⁊ vendantur vel aliter distrahantur scꝫ venena arma: ornamenta secularia: atqꝫ instrumẽta lusoria: vtpote taxilli: carte lusorie ⁊ alee

Solutio questionis stat in sex suppositionibus ⁊ nouem conclusionibus.

Prima suppositio.

Titulus questionis querit de quattuor generibus rerum: vt patet intuenti: ⁊ ſm hoc erunt diuerse conclusiones. Prime due d̃ primo genere. Tertia de sc̃da. quarta quinta sexta septima ⁊ octaua de tercio. Nona de vltimo genere.

Secunda suppositio.

Venena sũt duplicia. Quedã nõ possunt esse ad humanum vsum vtilia: ita ꝙ etiam per additionem alterius rei nullo modo possunt esse vtilia vsui humano. Quedam vero possunt esse ad humanum vsum vtilia: cuiusmodi sunt quedam que apponuntur a medicis in quibusdam medicinis vel etiam in coloribus aptandis: ⁊ huiusmodi.

Tertia suppositio.

Res que propter earuꝫ vsum vel abusum sunt damnose conscientijs hominum sunt duplices. Quedam enim sunt de per se vtiles reipublice ⁊ per se ad illam ordinantur vt arma defensiua ⁊ etiam offensiua. Per illa enim respublica defenditur: ⁊ per ista turbatores pacis offenduntur ⁊ cõpescuntur quos offendere ⁊ perturbare est vtile ⁊ laudabile. Alie sunt que de per se nõ sũt vtiles reipublice: nec ordinantur de per se ad vtilitatem eius: imo ordinantur ad id qđ quasi semper vel vt cõmuniter damnosum est ita ꝙ rarissime vł valde raro affert vtilitatẽ: ⁊ nihilominus illa vtilitas quã affert posset cõmodosius alijs vijs nõ sic damnosis procurari ⁊ attingi: ⁊ tales res sunt taxilli ⁊ consimilia instrumenta q̃ ad ludum fortune ordinãtur. Nam ludus talis vt cõmuniter est damnosus spiritualiter ⁊ temporaliter rebus atqꝫ personis ludentium: quia rarissime fit sine peccato: et si aliquando fieri possit sine peccato ⁊ natus sit afferre recreationem ludentibus: tamen illa recreatio possꝫ procurari alia via que non sic vt cõmuniter est dãnosa ⁊ periculosa. Inter tamen talia instrumenta ludi fortune quedam ordinantur ad ludum magis damnosum ⁊ periculosum. vt taxilli qui ordinanť ad purum ludum fortune: vbi cito multam substantiam cõtingit ludentem perdere ⁊ cito insurgitur cõtra deum ⁊ sanctos eius: eo ꝙ ille ludus nõ innititur arti: ideo amissio ipi deo ascribitur. Quedam vero ad minus dãnosum vt carte lusorie que ad ludum fortune mixtũ ingenio ordinantur qui propter tarditatem eius ⁊ protractionem temporis non sic subito videtur exhaurire substantiam ludentium: nec ita cito insurgitur contra deum ⁊ sanctos: eo ꝙ partim ingenio: ⁊ partim arti innititur: et sic nonnunqꝫ sibiipsi imputat hanc amissionem nisi sit verũ qđ pertinq̃dam in illus dicerent forte contrarium: ⁊

fecit quo ad aliqua peccata vel esse potest. Quomodo aūt ludus sit multiplex et qñ sit mortale ⁊ quando veniale vel nullum ⁊ q̄ damnosus ⁊ q̄s natus ad multa peccā gñaere: in tractatu de ludo deo cōcedente dicam.

Quarta suppositio

Ornamenta secularia sūt mlta. Uñ Esa. iij. enumerant circit. xx. vl' vltra q̄ tūc ⁊ i illo loco scilz in terra promissionis fuerunt in vsu sed variantur fm varietatem temporum ⁊ locorum. Possunt autē ornamēta secularia vt de predictis ⁊ etiam de illis loquor que nostro tempore currunt ⁊ loco sic diuidi. Nec pigeat quēq̄ enumerationis aliquoꝝ ex eis: quatenus magis particulariter sciat: quoꝝ ornamentorū factoribus ac venditoribus: ⁊ quibus talibꝫ magis necessaria sit huius q̄onis resolutio: q̄ tanto magis quietat intellectum: quo magis in particulari declarantur que occurrere possunt. Et si cui dicenda aliqua dura videantur: videat que in principio prime conclusionis questione quinquagesimase prima afferam. Possunt igitur ornamenta ita distingui. Quedam enim sunt tantū modo pro ornatu ⁊ non pro cōmoditate. Quedam vero pro vtroq̄. Exemplū primi, vt sunt sequentia scilicet torture capillorum. Item torques id est collaria seu ornamenta collorum. Sunt enim torques ornamenta in superiori parte vestimentorum facta circa collum descendentia vsq̄ ad pectus sicut ⁊ diuisio vestimentoꝝ erat in superiori parte pectoris. Unde circulus aureus circa collum ⁊ a collo vsq̄ ad pectus descendens dicitur torques: sic dict⁹ quia tortus sit. Item monilia que sunt ornamenta pendentia ante pectus ad cōiungendū predictam diuisionem ⁊ solent esse de margaritis vel consimilibus. Itē gemme in fronte pendentes vt sunt aliq̄ perle: quas virgines in coronis suis ante frontem deferunt. Item inaures que olim portabantur. Item armille: id est ornamenta brachiorum circa scapulas sic dicta ab armo. Item caudatio vestimentorum. Itez reticulatura circa collum. vulgariter brißgoller. Item vestes esse polimitas: id est tās habere multos colores ⁊ imagines rotundas: quia polus a rotunditate dicitur: vel venit a polis id est pluralis ⁊ mitos. i. gutta: quia multis coloribus tales vestes refulgent. Unde ⁊ Jacob fecisse dicitur Joseph tunicam polimitam: id est pluribus coloribus decoratam. Nam fuit sericia vt in hebreo habetur. Et ille pannus sericius erat pluribus coloribus decorat⁹. Item superlatura que circa colluz de pellibus animalium effertur extra oram adiacendo exteriori parti vestis. Item oblonga rostra calciorum. Item nodi aurei vel argentei quos nonnulli vestibus affigunt etiam in loco vbi non indiget vestis talibꝫ nodis. Item perfossio vestium cū multis foraminibus que non solum nō est cōmoditas sed incōmoditas. Item fuci id ē tincture que superponūt colori faciei ad hoc vt facies rubicundior appareat. vnde ⁊ herba vnde fit illa tinctura etiam dicit fucus. Item alienorum capillorum affixio ad caput. Alia vero sunt ornamenta que sūt tam pro ornatu q̄s p cōmoditate vt sequētia. scilicet fascia pectoralis que est vitta tenuis ⁊ delicata cum qua stringuntur mamille ne ex sua grossitie turpitudinez generant. Et potest etiaz capi pro panno laneo vel lineo subtili aut precioso quem nunc ponunt ante pectus qui quandoq̄ est multarum plicarum: quandoq̄ cum bombice repletus. quandoq̄ reticulatura quadam: aut alia curiositate ornatus. Itēm mitre cuiusmodi sunt ille quibus colligunt crines in vnum ne defluant quibus mulieres vti decet propter longitudinem suorū capillorum: sed nunc etiam eisdem feminarum more viri quidam vtuntur pretendentes speciem effeminatorum. Possunt etiā per mitras intelligi ea que portantur in capitibus eminentia ad modum corone vel birreti. Item vitte que sunt zone quibꝫ virgines vel alie mulieres colligunt ⁊ ligant capillos ne defluant: ⁊ si paucos habēt naturales capillos assuunt zonas grossiores vt multos videantur habere crines. Item cornete sericee vel cripipia sericia. Item subtilia facileta vel facialia vel sudaria. Item olfactoriola que sunt quedaz artificialia opa q̄si poma q̄ ɔtinēt muscū aut alia suauiter redolentia. Itez anuli aliqui qui in digitis deferunt. Item acus seu spi

lecta vel spintera quibus mulieres firmāt ⁊ configunt pepla vel alia ornamenta.

Item crinilia quibus etiam nōnunꝙ discernuntur non nupte a nuptis: ⁊ sic etiā pro cōmoditate deferuntur. Hec enim omia sunt nata conferre ornatum: ⁊ cum hoc afferre quandam cōmoditatē.

Quinta suppositio

Ea que sunt ꝓ solo ornatu sunt duplicia. Quedā enim quasi semper vel vt communiter per eos qui eis vtuntur ordinant ad vanitatem vel aliud malū: vt sunt fuci ⁊ oblonga rostra calciorum. Quedam vero nō sic: imo plerūꝙ vel frequenter vtētes vtūtur eis ad seruandū morē patrie citra omnem intentionem vanitatis: vel alterius mali, sicut Joseph vtebatur tunica polimita. Et in historia quadā de translatione triū regum dicitur: ꝙ beata virgo detulerit fm morē patrie camisiā caudatā. Et similiter crinilia a pluribus virginibus honestis citra vanitatem deferunt fm morem patrie ad discernendū innuptas a nuptis: ꝗuis nonnunꝙ etiam sepe contingat deordinatio in illis.

Sexta suppositio

⁊ trimembris. Contingit vtentem secularibus ornamentis vti eis aliquando cum peccato mortali: aliquando cū veniali tm̄ aliquādo sine peccato. hoc licet hic supponamus: quia alibi diffusius tractari habz: tm̄

Pro meliori intellectu illius suppositionis ⁊ cōclusionū ponendaꝝ de ornamētis: declaranda est hec suppositio exemplis ꝗ ad omnia tria membra. De primo potest exemplificari fm ꝙ ornamentorū vsus mortaliter deprauatur dupliciter Primo ex parte intentionis deferentis. Nam si deferēs se ornet hac intentione vt ꝑtrahat homies ad sui concupiscentiā mortalē: vsus ē mortalis quia est vestitus fine volito cuius volito est mortalis. Velle enim pctm̄ mortale, pctm̄ est mortaliter peccare. Secūdū exemplū. Si etiam non ornet se hac intentione: imo tm̄ ideo vt placeat aspicientibus citra omnē mortalem concupiscentiā eorū procurandam vel defert vt laudet: ⁊ tamē afficitur ad cōsequendū huiusmodi laudē vel cōplacentiā supra deum: sic ꝙ illa persona parata esset ꝑ consequenda huiusmodi laude etiā deū mortaliter offendere: aut parata esset huiusmodi ornatū ꝓsequi etiam si sciret se proximū per hoc mortaliter scandalizaturam. Secundo potest exemplificari ratione ornamenti quo vtitur. Et de hoc potest dupliciter exemplificari Primo scz quia ē ita excessiue sumptuosū ꝙ deferens procurando sibi tale ornamentum ⁊ eo vtendo cōmittit prodigalitatem mortalem. Nam ꝗuis prodige viuere vel prodigalitatē exercere nō sit semꝑ mortale peccatū: imo sepe ⁊ frequentius veniale: tamen aliquando est etiā mortale. Quātū autē oporteat esse illum excessum in sumptuositate qui sufficiat prodigalitatē reddere peccatum mortale: nō de facili potest diffiniri regula qm̄ multa inspicere oportz ad ponderandum talem excessum scz ꝑsonam: eo ꝙ illud qđ magnū est vni persone esset alteri non magnū: similiter etiā oportet cōsiderare locum ⁊ mores patrie ⁊ huiusmodi. Secundo: quia ē talis et tantus ornatus ꝙ ꝑsertim cōcurrente infirmitate ⁊ imperfectione eoꝝ cum quibus cōuersatur: tales nati sunt ꝑ illum ornatū occasionari ad ruinā mortalis peccati: ita ꝙ deferre talem ornatum sit scandalum actiuū et occasio ruine mortalis data alteri ⁊ nō precise ꝑ maliciā alterius accepta. Nā ab occasionando ruinā mortalis peccati ꝑrimi est abstinendū sub peccato mortali: etiam si illa ruina ꝑrimi veniat ex ꝑrimi imperfectione ⁊ infirmitate: quia a scandalo infirmorū ⁊ pusillorū tenemur abstinere, qualem autē ⁊ quantū oporteat esse illum excessum in qualitate ornamenti: vt verū sit dicere ꝙ sit occasio ruine data ⁊ non ꝑcise accepta: non potest de facili aliqua regula diffiniri, oportet enim multa attendere et circūstantias eorum cū quibus cōuersatur Tales enim aliquādo sunt perfecti, aliqui vero imperfecti: infirmi: pusilli: ⁊ de facili occasionabiles. Et īter illos adhuc ē differentia qz aliqui magis: aliqui minus sunt pusilli. Unde staret ꝙ idem excessus qualitatis vel quantitatis ornatus coram aliquibus non imputaretur ī mortale vbi coram aliis idē ornatus delatus īputaretur. Unde illud iudicio boni viri ⁊ discreti et circūspecti relinquendū est. De secundo

vero mēbro exemplificari pōt etiā dupliciter vt prius. Primo ex parte intentionis si nō intendit nisi quādā vanā laudē et cōplacentiā mūdanā: ad quā ē affectus sub deo: ita q nollet quēq pertrahi ad mortale. imo si sciret quēq pertrahēdū ad mortale sui ornat' causa desisteret nec propter cōsecutionē illius laudis p hmōi ornatū vellet deū mortaliter offēdere: nō erit delatio talis ornamenti mortalis quantū ē ex parte intentionis sed tm venialis. Et si ornamentū in se nō sit ita sumptuosum q rōne prodigalitatis sit vsus eius mortalis: nec sit ita excessiuū in qualitate vt ei' delatio sit dicenda occasio data proximo ad mortalem ruinā: erit illa delatio venialis dicēda simpliciter. Secūdū exemplū. Si intentio deferentis in nullo sit vitiosa: puta qz non p mortali nec veniali complacentia defert attamen aliqualis nō enormis excessus ē in ipso ornamento quo ad sumptuositatē et sic ē ibi pdigalitas venialis. Aut ē ibi excessus in qualitate talis: q nat' est occasionare proximos cū quibʒ cōuersat ad venialē tm ruinam: tā erit venialis tm. De tertio vero membro pōt exemplificari sic. Si q mulier nupta vel etiā innupta citra omnē intentionē ptrahendi proximū ad peccatum atqz citra intentionē cuiuscunqz vane laudis vel cōplacentie deferat aliqd ornamētum: puta tm intendat se cōformare mori patrie qui in se nō est damnat' lege aliquā et viuere fm decentiam sui stat': ne si omitteret a ceteris irrideret: etiam occasionē eis dando hmōi irrisionis. Aut intendit tātūmodo p huiusmodi detinere virum maritum suū ne eā odiat et ad aliam vadat: erit hec eius intentio in nullo peccatum: et si ornamentum nō sit excessiuū in sumptuositate sed proportionatum diuitijs eius et statui: nec sit tam excessiue qualitatis vt dici possit occasio data in ruinam etiam venialem nec mortalem proximi erit tā ille vsus licitus.

Prima conclusio.

Negociatio qua quis vendit venenū primi generis ē illicita. Probat tripliciter. Primo quia talis venditio est implicite phibita lege in hoc q disponit iuri ciuili q ita ... est q nullo modo p additionē alterius rei potest esse vtilis vsui humano nec emptio nec mandatum nec societas valere potest: vt in. l. q sepe. ff. de cōtrahēda emptione. Et si emptio est illicita. ergo etiam venditio: quia eadē est ratio de relatiuo et correlatiuo. imo videri possit q nō solum esset prohibita emptio et venditio: sed etiam esset irrita. ita q non trāsferretur aliqd dominium precij in vendentē nec mercis in ementem: et q vterqz teneretur ad nō retinendū: puta ille precium et alter mercē. Unde dicit sic. Venena mali quidā putāt non contrahi emptionem: qz nec societas nec mandatū flagitiose rei vllas vires habet que sententia potest sana videri de his que nullo modo p adiectionem alteri' materie vsui nobis esse possunt. De his vero que mixta alijs materijs adeo nocendi naturam deponunt: vt ex his antidota et alia quedam salubria medicamēta efficiuntur: aliud dici potest. hec ibi. Secūdo sic. Uenenum illud videtur simile libello famoso. nam vtrunqz ad nihil est vtile sed pernicioso sum. mdo inuentum libellum famosū debet inuentor non diffundere ad alios sed ipsum destruere: al's grauiter peccaret. v. q. i. per totum. ergo etiam si quis habeat tale venenum debet nulli alteri vendere sed ipm destruere vt ad nullius man' deueniat. Tertio sic. quia venditio ē adinuenta propter humanam vtilitatem. ergo quod ad humanā vtilitatem non est ordinabile non est natum esse obiectum venditionis et per consequens venditio talis rei ē act' inordinat' ex parte obiecti vel circūstantie quid.

Secūda conclusio.

Negociatio qua quis vendit venenū secundi generis est in duobus sequentibʒ casibus quantum hic sufficit mortale peccatum si vendit vel alias tradit vel proponit vendere vel tradere illi persone quā probabiliter scit vel conijcit abusuram eo mortaliter: vt puta emens dicit sibi seriose q intendat occidere aliquem cum eo et non refert an illa credulitas vendētis sit vera vel erronea. Nam etiā si erronea esset illa credulitas: vtputa alius non intendit quēq occidere: attamen ex quo credit eū id acturum tenetur abstinere a pstando sibi auxi-

lium cõsũmandi illud mortale Secundus casus. Si nõ cõiicit eũ eo abusurum mortaliter: attñ deberet illud cõiicere si vellet aduertere qualitatẽ psone emẽtis z alias cir. ũstãtias. quã aduertentiã qlibz homo etiã nõ maxime diligentie faceret in tali re: licet ipse nõ aduertat z sic nec cõiiciat tale quid: nã tunc ẽ in lata culpa q̃ dolo eq̃pat vt si mulier adultera z leuis z notorie odiens maritũ suũ hoiez simplicianum illud emere velit z nõ sit verisimile q̃ ipa habeat artẽ cõponendi hmõi venenũ: eo mõ quo põt vtile eẽ ad hũanũ vsũ: tũc eñ pbabiliter cõiicere poterit vendẽs q̃ ipa non nisi ad malũ mortale eo vti intendit. Nã pcurrente hoc q̃ mulier illa ẽ nescia debite cõpositiõis veneni elidit psumptio q̃ psumi debet quilibet bonus: q: iã sunt indicia ad cõtrarium ex qualitate talis mercis z aliis circũstantiis. Ratio autẽ vtriusq; casus ẽ quia in vtroq; consentit i mortale peccatũ ementis: z hoc ꝯsensu vero vel interptatiuo q: dat auxiliũ cõsũmandi mortale peccatũ sciens vel scire debẽs illud esse auxiliũ ordinandũ i mortale: z in pmio ẽ in dolo z in secundo ẽ in lata culpa q̃ dolo eq̃paratur. Item a simili patz. Nam mortaliter peccat dans gladium ei quem credit se vel alium iniuste occisurũ: vel quẽ deberet cõiicere hoc facturũ: quia videt eũ furiosum aduersus se vel alium vel oimoda ira seuientem contra se vel alium.

Tertia

cõclusio. Negociatio qua quis vendit arma offensiua vt balistas: sagittas: vel gladios (q̃tũz ad propositum sufficit) est etiam mortale peccatum in duobus casibus similibꝰ illis qui in secunda cõclusione sunt positi: extra autem illos ẽ licita. patz ex idẽtitate rõnis ibidem posite. z exẽpla de facili possũt formari pportionabiliter ad pcedẽtia. In hoc tamẽ est differentia armoꝝ z veneni secundi generis: q: z si vtraq; sunt nata afferre vtilitatem hominibꝰ: tñ pauci sunt qui sciunt vti veneno eo modo quo est vtile hoibus Ideo ad maiorẽ aduertẽtiã est obligatꝰ vẽdere volens venenũ vt non passim tradat cuiq; q: de paucis põt credere q̃ sciant bñ vti: z sic paucis põt vendere sine peccato: rariusq; contingat eum nõ coniicere nec debere coniicere malam intentionẽ de volente emere. Multi autez sunt qui sciũt z possunt bene vti armis ideo nõ ad tantã tenetur diligentiam sicut venditor veneni, z frequentius poterit nõ cõiicere nec debere cõiicere malũ cõtra ementẽ. Extra autẽ illos duos casus eorum venditio nõ est illicita nisi p aliquã circumstantiã depraueꝛ aliqꝫ a quid vel cur. Unde qñ in. c. vnico. extra de sagittariis prohibet ars balistariorum sub pena excõmunicationis nõ est intelligendũ q̃ indistincte sit damnata illa res vel exercitium eius quod est facere balistas vel etiam eis vti. vel etiam q̃ negociatio id est venditio balistarum aut consimilium sit phibita. Nam illa est vtilis reipublice i bello iusto contra iniquos hostes in q̃ bello etiam per insidias licitum est pugnare, sed est intelligendũm q̃ exercere illam artẽ faciendo balistas vel vtendo eis ad bellum iniustum est prohibitum: z q̃uis illud sit etiam alias prohibitũ sine iure positiuo phibente: nihilominus tamẽ rationabiliter fuit etiam iure positiuo prohibitũ: q: magis timetur qđ multiplicius expressius et specialius prohibet. z est vtile illud qđ acriorem habet pnicẽ bonorum hominũ specialiter prohibere cuiusmodi sunt actus sagittariorum in bello. Unde z si ois modꝰ occidendi hominẽ iniuste sit prohibendus specialius tamen ille quo iniuste plures z celerius z ineuitabilius occidunt homines.

Que autem conditiones requirant z q̃ non requirantur ad hoc vt venditor vel factor armorum sit imunis a mortali culpa: z que conditio non requiratur. dic vt in simili dicetur in quinta z sexta cõclusionibus. Similiter quando illorum factio vel venditio est venialis tm̃: dic vt in simili dicet in septima conclusione.

Quarta conclusio.

Negociatio qua quis ornamenta secularia facit vel emit vt vendat vel tradat aliis est mortale peccatum in duobus casibus similibus illis qui in secunda conclusione sunt positi. z illi casus sunt maxime nati contingere in ornamentis primi generis: z tanto magis in eisdem quanto magis sunt ordinabilia in vanitatem. Exemplũz de pmo casu. vt si quis vendat talia ei qui expresse se dicat abusurum illis mortaliter.

Exemplum secundi: vt si vendat fucos: aut consimilia quibus homines magis cōmuniter abutuntur quam bene vtantur publice meretrici aut notorie concubine alicuius: tali loco et tempore et reliquis circumstantijs quod quilibet debito modo vtens rōne perpendere posset quod non nisi ad mortalem lasciuiam vsura esset. Probatur conclusio primo a simili de veneno. Sicut enim veneno mortaliter abutens occidit animā suam et corpus proximi et peccat mortaliter: sic mortaliter abutens ornamēto occidit animā propriam et sepe animā proximi et peccat mortaliter: et per cōsequens vterque tale quid vendens in illis casibus: sciens vere vel interpretatiue cooperatur ad peccatum mortale proximi et ita in ipm consentit vere vel interpretatiue. Secūdo probatur a simili de dante gladium furioso. Tertio: quia sciens et debens scire hoc vinum esse subuersiuū sue rationis: eo quod sepe illud expertus est: et nihilominus ipm bibēs et perdens vsum rationis et se exponens periculis homicidiorū vel consimiliū: nō excusatur a mortali. igitur eadem rōne sic erit hic.

Quinta conclusio.

Ad hoc quod negocians vendendo illa ornamenta sit imunis a peccato mortali: requiruntur duo. Primo enim requiritur quod nō proponat vendere vel tradere nec tradat nec vendat ea cum preparatione mentis ea vendendi vel tradendi cuicunque volenti emere Nam secus se habendo proponit ea tradere alicui: etiā si eum conijceret mortaliter eo abusurum quod est primus casus. Sed hec cōditio sola non sufficit. Nam etiā obseruata illa conditione vtputa si nō illud proponeret quod iam dictū est: imo proponeret quod si conijceret aliquem abusurum mortaliter nollet ei tradere: et tamen nō vellet cum debita cautela et diligentia cōsiderare personas emētium: quas tamen si cōsideraret conijceret et deberet conijcere eas abusuras. Nō hoc non sufficeret pro eius excusatiōe scilicet quod nō coniecisset eam abusurā. Nā potuisset illā coniecisse: et sic adesset secundus casus. Jdeo secundo requiritur quod in venditione cū debita cautela et diligentia consideret psonā ementis: et si in ea deprehenderit signa que vel ementem suspitionem vel probabilem credulitatem sint nata introducere non tradat ei: et per hanc excluditur secundus casus mortalis.

Sexta conclusio

Ad hoc quod vendens illa ornamenta sit immunis a mortali: non videtur vltra predictas conditiones requiri pro tertia conditione quod probabiliter credat oppositum predicti mortalis abusus scilicet quod probabiliter credat ementē nō abusurum mortaliter sed bene vsurum: imo sufficit quod preuia consideratione qualitatis persone et aliarum circumstantiarum habita nō coniecerit nec debuerit conijcere ementem mortaliter abusurum Probatur: quia quilibet presumitur imo psumi debet bonus: id est nō malus nisi probetur contrariū: hoc ē nisi appareāt probabilia indicia vel signa que inducant vel debeant inducere probabilē opinionem sue improbitatis vel malicie. Et intelligitur hec regula negatiue id est debet non presumere eum malū. Nam non videtur quod teneatur positiue ad hoc scilicet quod presumat eū bonum vel etiam quod presumat eum nō malū. Modo si vendens habuerit considerationem predicto modo et non coniecit nec cōijcere debuit eum abusurum mortaliter: tunc nō apparent sibi signa predicta: igitur debebit illum nō presumere malū: et si sic: igitur nō requiritur vltra hoc quod positiue credat eum bene vsurum vel nō abusurū. Nam ratio quare redditur illicita est: quia conijcit vel conijcere deberet eum abusurum. igitur cessāte illa ratione etiam non posita illa positiua coniectura de opposito: cessabit rō illiciti. Exempli gratia. Sunt aliqua ornamenta quibus sepe et plerique homines vtūtur circa mortale peccatum: quicquid sit de veniali: sicut presertim sunt ornamēta aliqua conducentia ad ornatum et cōmoditatem corporis econtra etiam sepe vel nonnunquam: et plerique vel nōnulli alij eis mortaliter abutantur. Venit itaque persona ignota venditori petens sibi vendi et non apparēt conditiones in illa persona inducētes probabilem coniecturam de eius abusu mortali nō ē dānādus venditor si ei illa vēdat. Debet enim non presumere malū saltem mortale de illa persona: cū eque cōtingat illis sine mortali vti sicut cum mortali vel etiam sepius.

Nam dubia sunt in meliorem partem inter pretanda. si tamen adest tertia conditio cum duabus primis tanto securior erit venditor a mortali. Dictum est notanter. Sunt aliqua ornamenta &c. Nam si essent aliqua ornamenta quibus quasi semper homines secundum comunem cursum non nisi mortaliter abuterent (quale tamen ornamentum difficile est dare) iam eo ipso deesset secunda conditio: quia persona volens emere reddit ex ipsa qualitate mercis suspecta secundum illud quod quasi semper accidit: et ita conijcere deberet eam abusuram et rationabiliter illud timere haberet Nam quomodo poterit venditor non conijcere vel non timere illud de illa persona: quod quasi semper et quasi in omnibus alijs locum habet. sicut non est quis natus conijcere quod hec mula quam scit esse mulam non sit sterilis cum sciat omnem mulam esse sterilem. Et hoc verum est nisi talis persona sit ita nota de honestate quod presumptio eius honestatis elidat presumptionem innitentem ei quod quasi semper accidit.

Septima conclusio.

Sicut quarta conclusio quinta et sexta sonantes de mortali sunt vere: sic si proportionabiliter formarentur de veniali: essent etiam vere veputa quod vendens peccat venialiter si conijcit probabiliter vel deberet conijcere quod emens sit venialiter abusurus: et sic consequenter forma proportionabiliter aliarum conclusionum dicta probatur: quia ratio utrobique est eadem. Attamen in hoc est differentia quod rarius contingit venditio ubi in venditore nec sit nec debeat esse coniectura de veniali abusu contra ementem: quam ubi in venditore nec sit nec debeat esse coiectura de mortali peccato contra ementem. Quia frequentius homines illis abutuntur venialiter quam mortaliter quia frequenter est ibi quedam vanitas vel inanis gloria aut consimilis venialis culpa.

Octaua conclusio

Si negociator illorum ornamentorum sit extra duos casus quarte conclusionis: vel extra duos septime conclusionis et habeat conditiones quinte conclusionis erit eius negociatio non culpanda singulariter. Et dico singulariter quia posset accedere aliqua alia circumstantia temporis vel loci vel huiusmodi que depravaret eam sed non singulariter quia talis etiam negociationem aliarum mercium depravare posset. Correlarium. Non est negociator absoluendus qui non vult desistere a negociatione ornamentorum vel armorum vel veneni in duobus primis casibus Sed si ab illa velit in illis desistere non tamen velit desistere ab ea in casibus septime conclusionis licet sit omnino adhortandus tamen non est ei deneganda simpliciter absolutio. Ratio: quia nolle desistere a mortali cuiusmodi sunt duo prima reddit eum indignum sacramento. Indignus autem non est comunicandum sacramentum: secus de nolle desistere a venialibus cuiusmodi sunt casus septime conclusionis.

Nona conclusio

Negociatio qua quis vendit instrumenta lusoria est in duobus casibus mortalis: et in duobus venialis proportionabiliter sicut in quarta et septima conclusionibus de negociatione ornamentorum dictum est. Et ut negocians sit imunis a peccato mortali requiruntur eedem conditiones que tacte sunt in quinta conclusione. Probatur ex identitate rationis. Attamen longa est differentia in hoc quod rarius est dare venditionem in qua non debeat conijcere venditor: et rationabiliter timere ementem vel illos quibus emens emit: et qui utentur illis abusuros non solum venialiter (quod utique comunissimum est) imo etiam mortaliter. Quia ludus fortune ad quem ordinantur rarius fit sine peccato quam usus ornamentorum et armorum imo rarissime fit sine veniali et frequentius cum mortali quam ornamentorum usus: ut proh dolor frequens experientia docet. Unde non video quomodo frequens et iugis venditor qualis fere omnes institores talia vendentes sunt possit absolui et comunicari si proponit non desistere a frequenti et iugi et indiscreta eorum venditione qua ea quasi alias merces vendit: quia non poterit frequenter vendere nisi vendat etiam illis quos conijcere debet abusuros mortaliter. Nam qui sine mortali eis utuntur raro comparent ad emendum vel raro mittunt pro eis. Et quomodo poterit sine affectata ignorantia et sine ficta consciencia non conijcere multa committi vel consumari mortalia in eorum frequenti usu quorum usum (experientia docet

te: scit vel scire debet sot: 7 tam frequenter macularí mortalibus culpis: que mortalia alias non committerentur vel saltem non consūmarentur si non haberentur talia instrumenta. Nam sicut venenis etiā secūdi generis pauci sciunt vti taliter vt nō perniciose vtantur: 7 ideo paucis potest aliquis illa vendere quin rōnabiliter timere debeat 7 conijcere mortalē abusum: 7 ita quin ipse venditor peccet mortaliter. sic illis instrumentis pauci sciūt sine mortali in se vl' in p̄ximo occasionato vti. Ideo de paucis potest esse sine mortali timore vl' cōiectura mortalis abusus: 7 ita nō nisi paucis potest vendere sine mortali: 7 per cōsequens non frequenter 7 iugiter. Nec est simile de armis. Nam instrumenta lusoria ludi: fortune puri vel mixti non sunt nata afferre vtilitatem reipublice nisi rarissime: que tamē vtilitas procurari posset alia via magis idonea. Arma autem de per se nata sūt afferre vtilitatem 7 de per se ad illā ordinātur. Unde vsus armorum est licitus: licet abusus sit illicitus. In instrumentis autē lusorijs etiam ipe vsus est abusus. Unde tales negociatores nō sunt absoluendi nisi p̄ponant de cetero talia instrumēta non vēdere nisi illis quos nouerint ita virtuosos 7 honestos q̄ cōfidant illos nō abusuros mortaliter nec tradituros illa alijs taliter abusuris: sic in simili dictū ē in cauda sexte cōclusionis. Unde in .c. falsas. de peni. dist. v. ait Gregori⁹ q̄ negociator debet recognoscere se veram penitentiam p̄agere non posse p̄ quā ad vitam eternam peruenire valeat nisi negocium relinquat. 7 loq̄tur de negocio quod sine peccato exhiberi aut vix aut nullatenus potest. Hec ibi. Cōsideret quoq̄ quia arta est via que ducit ad vitam 7c̄. et nisi abundauerit iusticia vestra plusq̄ scribarū 7c̄. Ex predictis sequitur q̄ etiam vendens ramos iudeis volentibus celebrare festum tabernaculorum peccat etiam mortaliter in duobus casibus scʒ si conijcit vel conijcere deberet eos vsuros ad illum actum: etiam si nō intendat vendens illum eorum vsum seu nō consentiat in eum. Multomagis si etiam consentiret in illum. Nā ille actus iudeorum est mortalis: quia exercere ceremonialia veteris legis: illo modo vt ipi exercent scʒ tanq̄ necessaria ad salutem est mortale. Ratio autem huius correlarij patet ex p̄dictis a simili. Secus si illud non conijcit nec conijcere dʒ sed ignorat ignorantia nō affectata nec crassa sed probabili. Unde licet ecclesia toleret eorum ritus 7 etiā mandet nō p̄stare ipedimēta eis in eisdē: vt in .c. qui sincera. xl. distinctione: non concedit tamen illos ritus: nec concedit p̄stari auxilia ad eosdem exercendos. Et hoc de presenti questione sufficiat que vt probabiliter dicta accipienda sunt sine preiudicio cuiuscunq̄ melius sentientis.

Questio. LIIII

Utrū negociatio

illa sit illicita qua quis mercē defectuosā vendit nō p̄palando eius defectū emptori. Solutio questiōis stat in vna suppositiōe quattuor conclusionibus 7 sex correlarijs que quasi exēplariter declarabūt cōclusiones.

Suppositio est triplicit' cōtingit aliquā mercem esse defectuosā. Primo in substantia vt si que merx creditur aurū 7 nō ē aurū sed auricalcum. Deficit enī illa in essentia vel quiditate auri. Similiter si que merx apparet gemma preciosa cum sit vitrū coloratum: 7 ille defectus est in substantia etiam specifica. Defectus vero in sub̄a indiuidua: vt tu intendis emere agrum A 7 ego tibi vendo nō eundē sed aliū puta B quē non volebas. Nec videtur conueniens exemplum Si quis exēplificet vt Thomas vinū mixtū aqua apparens purum. Nam illud vinū mixtum aqua est etiā substātialiter vinū nisi tanta quantitas aque apponeretur q̄ vinum nō in se cōuerteret aquā sed econtra: quia aqua modica addita nō remanet aqua sed cōuerti' in naturā vini. Unde ibi tm̄ est defectus qualitatis: q: in tali mixtura relinquitur vel oritur ratione aque adiecte aliqua q̄litas vilior q̄ esset in vino puro. Secus si q̄s vēdat aroma mixtū cū alio quasi sit purum vt contingit in vendentibus aromata puluerizata. Nā in tali mixtura non conuertitur vinum

miscibile in alterum sed quodlibet manet in sua specie et substantia. ideo est ibi defectus in substantia. Similiter si argēto admisceatur scoria et vendatur quasi purū: et potest de illo intelligi illud Esaie. j. Argentum tuū versuz est in scoriaz id est mixtū scoria. vel etiam si scoria vendit pro argento. Nec videt cōueniēs exēplū de defectu in substantia quando venditur aurum artificiale vel alchimicū pro auro vel argento a sola natura producto: si saltez intelligat hoc exemplum vniuersaliter. q2 nō ē vniuersaliter verū q aurū vel argentū alchimicum nō sit substantialiter verum aurum vel argentum: cum per huiusmodi artē possit fieri talis applicatio naturalium actiuorū et passiuorum q generabitur verum aurum sicut demones sua industria applicādo certa actiua naturalia certis seminibus possunt procurare q inde nascent veri serpentes vel rane etiam eiusdem speciei cū alijs serpentibus vel ranis: vt tractant doctores in Exod. et Augustin. iij. de trinitate Et frondes ille quas homines per applicationē ramorum ad aquā in domib' procurant etiam in Januario sunt eiusdē speciei cuz alijs frondibus: q per naturā solā in Mayo producunt. sicut etiaz rotunditas artificialis et naturalis sunt eiusdē speciei. Nec distinctio agentū et modorū pducendi sufficit ad distinctionem effectuum. Nam mus per putrefactionē generatus et p propagationē nō differūt specie. et Adā et Eua non distinguebant specie ab alijs hominibus: et oculus per naturaz pduct' et miraculose collatus possunt esse eiusdez speciei. Posset tamen illud exemplū particulariter itellectū hr̄e veritatē: q2 alchimiste aliquando nō attingunt per suam artē qd volunt sed tm̄ procurant generationē metalli similis auro. Attamen etiā si sit veruz aurum in substantia. tamen potest illd deficere in qualitate: quia vix vel nūq potest ars talem facere applicationē actiuorum et passiuorum q ita virtuosum aurū inde pcuretur sicut natum est generari per eā applicationem que fit per solaz naturā: quia forte eo tempore quo ars illā applicatiōem facit nō concurrit talis influentia celestis que talem et tantaz virtutem et qualitatem conferre potest auro. Unde aurum naturale quasdem habet pprietates quas alchimicū nō habet vel no tantas vt pprietatem letificandi et sanandi quasdā infirmitates et etiam est purius digesti' et operabilius: et magis diuturnum in sua puritate: et tunc est exemplum de defectu tertio mō. Secundo deficit in quantitate: vt si que merx apparet aliquanti ponderis numeri vl mēsure: et tamen est minoris. Tertio in qualitate. vt si equus vendit vt sanus: et tamē est infirmus: venditur vt videns et ē cecus et si vinum vendatur vt purum cū tamen sit limphatum vel alio liquore mixtum pp̄ter quem deficiat in debita qualitate De quo potest intelligi illd Esa. j. Caupones tui miscent vinuz aqua. Similit si carnes vaccine vel thaurine de thauro nō castrato vendant pro carnibus castratis: quia licet sint eiusdem speciei eēntialis: tamē in qualitate deficiunt ab eis. Item si aromata antiquata vendant quasi sint recentia. Item liber corruptus quasi sit correctus. Item si ager sterilis vendat pro fertili.

Prima conclusio.

Si merx ē defectuosa quocunq pdictorū triū modorū et vendens ignorat defectum nō affectata nec crassa ignorantia: non peccat tunc vendēdo eā et nō propalando ei' defectum: etiā si p tanto precio ac si eēt nō defectuosa vēderet. Quia pbabilis ignorātia facti excusat. igitur si probabilit ignorat illum defectum nō peccabit: et tamen si peccaret in tali venditione hoc maxime eēt q2 rem defectuosam vendiderat. Dictum est primo notanter affectata: q2 talis nō excusaret eum. Nā affectata equiparatur scie.

Secūdo dicit non crassa: q2 talis i casu aliquo nō excusaret: vtputa si ex tali ignorantia vendendo mercē exponeret ementem periculo: vtputa vendit ei cibaria corrupta ex quibus emens periclitat vel dānificatur in corpore et vt cognosceret illaz corruptionē nō fecit diligentiam etiā eam quā quilibet sue professionis in tali casu faceret nō excusabitur a peccato in tali venditione: etiam si nō pro excessiuo precio vēdidisset: quia sua interfuit illa scire. multo magis peccat si scienter talia vēderet sicut de defectuosis cibarijs exemplificatum est: sic de alijs mercibus defectuosis

ex quibus iminet periculum ementi qua-rum defectuositatem vendens scire debu-it dicendum est. Dicitur tertio notanter tunc vendendo etc. quia si postea comperiat rem esse defectuosam peccaret si nollet alterum illorum facere scilicet aut recipere mercem et restituere precium: aut si emptori placuerit retinere mercem et idem placeret venditori sibi tantundem restituere quanto plus iusto accepit secundum quantitatem defectus. Unde si emptor nihilo-minus emisset etiam si sciuisset illum defectum (quamuis non pro tanto precio sed solum pro precio proportionaliter secundum defectum diminuto) debet emptor mercem retinere et venditor non teneretur recipere mercem et restituere precium: sed venditor tenetur restituere emptori illam partem precii quam superaccepit nisi venditor nequaquam ei vendidisset pro diminuto precio, eo quod bene inuenisset qui scienter sibi etiam pro taliter defectuosa merce de-disset non diminutum precium: et tunc etiam venditor rescindere potest contractum si nolit restituere partem precii. Si autem emptor nullatenus emisset illam rem sic defectuo-sam etiam pro precio diminuto ad condi-gnum: tunc tenetur in foro anime (quicquid sit de exteriori foro) venditor recipere mer-cem et restituere totum precium quia errans non consentit si taliter erret, quod si error non esset in eo: nullatenus id ageret. Modo in hoc casu emptor errat illo modo: igitur non consentit. Unde nihil tam contrarium est consensui sicut error. Modo emptio et ven-ditio non procedunt sine consensu, imo non ce-lebrantur nisi consensu. Unde consensus est de substantia contractus emptionis et vendi-tionis non minus quam merx et precium. ideo eo deficiente contractus nullus est, sicut de-ficiente anima nullum est animal: quia anima est de substantia animalis. Item probatur a si-mili in correlatiue opposito scilicet emptore, nam si quis emat rem non defectuosam quam tamen tam vendens quam emens credit defectuosam aut vilem cum sit preciosa: vtputa lapidem pre-ciosum quem vterque credit esse vitreum tenetur emptor cum postea comperit alterum illorum duorum facere, scilicet aut restituere mercem si ven-ditor vult sibi dare precium, aut retinendo mercem supplere illud in quo minus dedit: et ad illa duo sub disiunctione tenetur cum tali distinctione scilicet si emptor nihilominus emis-set illam rem pro condigno precio: etiam si sciuisset eam ita preciosam tenetur stare con-tractui si saltem venditor vult stare contra-ctui. et debebit supplere diminutionem precii. Nec obstat illa sententia iuris ciuilis quod na-turale est contrahentibus seinuicem deci-pere et circumuenire in precio: ita quod in emen-do et vendendo naturaliter concessum sit: quod pluris est minoris emere et quod minoris est pluris vendere: et ita inde se circumueni-re et idem habere locum in conductione et lo-catione: nam hoc non est intelligendum de deceptione que fit scienter et a proposito. Hec enim est dolosa et illicita: et per conse-quens non licet eam facere. Nam etiam bona fides debet considerari in contra-ctibus. Sed est intelligendum de deceptione que fit re ipsa puta non scienter nec a pro-posito. Hec enim naturalis est. id est nata est supposita humana ignorantia contingere et ideo licita id est non imputanda pro peccato ei qui sic decipit et ei qui sic deceptus est non dedit ius ciuile vel canonicum remedium re-scindendi contractum vel agendi contra deci-pientem. sicut tamen dedit quoddam reme-dium contra decipientem a proposito, etiam si citra dimidium decipiat dolo incidenti in contractu: imo etiam contra decipientem non a proposito sed tamen re ipsa det vtrunque ius remedium decepto si deceptio est vltra di-midium iusti precii scilicet vt rescindatur con-tractus vel reducatur ad equitatem.

Unde finaliter dicendum est per tria dicta. Primum. Si dolus per contrahentem commissus dat causam contractui: puta dolo induxi te ad vendendum quod non eras venditurus: et tunc si contractus fuit bone fidei non tenet: vt probatur per glo. et Panor. in c. Cum dilecti. de emptione et ven. et glo. in l. ii. C. de rescinden. ven. Se-cundum. Si dolus non dedit causam contractui sed incidit in contractum: puta eras venditu-rus sed dolo induxi te ad minus vendendum et sic tenet contractus: sed in contractibus bone fidei agit ex eo contractu vt suppleat precium vt ff. de act. emp. et ven. l. Iulianus. §. si venditor Tertium si dolus nec dedit causam contractui nec incidit in contractum sed re ipsa euenit sine dolo et facto partis et facta est deceptio re ipsa vltra dimidium iusti precii: tunc deceptus ha-bet actionem scilicet quod aut rescindatur contractus vel reducatur ad equitatem, et debet pennitus

fieri alternatiue. Si autē ē deceptio re ip̄a facta citra dimidium iusti precij tūc nō datur actio: et hec p̄bantur per glo. finalē. c. Cū dilecti. Ad idē etiā est Hostiens. in summa sua eo. ti. §. fi. et Bar. in. l. et eleganter. ff. de dolo. Vide Panor. vbi supra. et in. c. quia plerique. de immunita. eccle. Specialius aūt de illis dicere et de reliquis vtputa de redhibitoria quāto minoris nō ad nos ptinet.

Secunda conclusio. Si merx est defectuosa aliq̄ p̄dictorum trium modorum et tam vendens q̄ emens scit defectū: vel saltem venditor probabiliter credit emptorē scire: vtputa quia est defectus manifestus quē quilibet p̄sumitur cognoscere: nō peccat p̄ tunc vendēdo et non propalando defectum: dūmodo venditor descendat in p̄cio mercis proportionabiliter ad defectuositatem mercis. Probatur: quia si eēt ibi peccatū maxime quia deciperet proximū vel ei iniusticiā faceret: sed hoc non: quia vel emens scit defectū mercis: modo scienti et volenti nō fit iniuria seu iniusticia nec etiā deceptio. vel si emens non scit defectum rei et tamen venditor credit eum scire illū defectum: tunc et si sit deceptio passiua a p̄te rei in emptore et deceptio actiua ex p̄te vendentis et materialiter: nō tamē ē illa deceptio actiua vel passiua volita nec intenta nec scita. Decipe autē p̄rimū citra omnē intentionē inuoluntarie et ignoranter nō ē peccatū. Dicitur notanter. dūmodo descendat in precio. Nam si nō: tunc peccaret quia scienter venderet rem pro excessiuo p̄cio qd̄ est contra iusticiam. Nam etiā si res nō esset defectuosa et eam pro excessiuo precio venderet peccaret contra iusticiā. igitur idem si defectuosam vendit excessiuo p̄cio: et etiā tenetur restituere illum excessum: et hoc est verum nisi emptor non solum sciret defectuositatem sed etiam excessum precij et libens ac volens daret excessiuum p̄ciū intendens excessum donare venditori. Nam tunc nō teneretur emptor restituere si consentit in donationē vt donationem. secus si illum excessum accepit vt precium mercis Nam ex quo emptor non dat excessum vt precium vel vt partem precij sed vt donū ideo nisi venditor etiam consentiat in donationem non erit ille excessus suus: et sic tenebitur restituere: et dato q̄ consentiat in donationem: et sic non teneatur restituere: tñ si quādo a principio exegit excessiuum precij volebat illud totū habere vt p̄ciū mercis non fuit imunis a peccato: etiam si ab emptore sciente esse excessiuum exigebat: quia irrationabilis est illa exactio et cōtra equitatem iusticie cōmutatiue: et est quedam attemptatio supergrediendi fratrem contra illud Neque quis supgrediatur: neque circumueniat in negocio fratrē suum: quoniam vindex ē dominus de his omnibus. p̄ma Thessal. iiij. Dictum ē Secundo nō peccat vendendo etc. quia si postea cōperiat emptorem ignorasse rei defectuositatē peccabit si non restituat preciū si emptor hoc petat et restituere velit mercem: et emptor nullatenus emisset illam rem sic defectuosam etiā pro tali precio diminuto. Nā venditor (etiā de rationabili et discreta voluntate loquendo) vellet id sibi fieri si ip̄e fuisset emptor: et tale quid accidisset sibi: ergo idem debet etiam nūc emptori facere. Dicitur tertio notanter: vel saltem vēditor probabiliter credat emptorem scire etc. quia si emptor non sciat nec etiam vēditor credat eum scire: imo credat eum ignorare defectū mercis: et nihilominus sibi vendat reticendo defectum: peccat nō obstante q̄ proportionabiliter descendat in precio ratiōe defectuositatis. Hoc inquā videtur verum nisi credat emptorem etiam si sciret defectū nihilominus rem ipsam empturum et non curaturum illum defectum: vel saltem non debere s̄m rectam rationem et quandā humanitatem curare: eo q̄ paruus est et nullius reputationis: aut quia rarissime reperitur talis merx quin talem vel consimilem habeat defectum. Probatur assumptum tripliciter. Primo quia alias sciens decipit proximum: vel secundo exponit se periculo decipiendi eum: quia discreta et rationabili voluntate nollet venditor illud sibi fieri si ip̄e foret emptor: ergo etiam alteri non debet facere. Tertio: quia q̄uis nō ledat vel damnificet emptorem in recipiendo ab eo excessiuum precium: tamen alias eum grauat vel damnificat eum vel saltem exponit se periculo eum grauandi et damnificandi: quia eum errare vel decipi est quoddam malum. Unde magister in tertio distinctione. xxxviij. c. vltio. Error autem

xima cura cauendus est: nō modo in malo ribus sed etiā in minoribus. Secūdo: quia emptor grauatur in hoc q mercē quā inuit⁹ habet et quā noluit et rationabiliter potuit nolle cogitur retinere saltē in foro exteriori Et q̄uis eā alteri nō curanti illū defectū reuendere possit p equali precio: et sic i hoc nō dānificetur: tamen illa occupatio interim eam custodiendi et rursū distrahendi ē sibi grauis: et forte etiā interim illā rem pascere cogitur: et tamen eius vsum nō pōt hr̄e: quia ad id ad qd ipe emerat nō est vtilis propter eius defectū: licet ad alia esset vtilis aliis. Unde etiam videtur q si occasione illius deceptionis patitur aliqd interesse q venditor ad illius interesse refusionē teneatur. Unde multo magis si emptor requirit eū si merx habeat defectū: debet sibi fideliter aperire Nec sufficit dicere: do tibi eaz sicut vides respice eam: si scit eam habere defectum. Et dico fideliter: nam si fraudulenter aperiet illum defectum ei non excusaretur. Exemplum. Venditor respondendo emptori dicit, merx illa multipliciter deficit: vt puta si est equus dicit: ecce est cecus: claudus cespitans: imobilis et sic de aliis innumeris defectibus, iter quos etiā illū enumerat quē habet. Nā tot defectus enumerādo vult inducere emptorē ad credendū equū non hr̄e vllū defectū: eo q nō est verisimile eū tot hr̄e defectus et sic intendit eū decipere: et nihilominus sibi pcurare viā ad respōdendū emptori si post emptionē iproperaret sibi de venditione defectuose mercis cum tū eū interrogasset. Nā respōdebit ei Ecce aperui tibi defectū eius. Intendit etiā per huiusmodi responsionē redimere tempus et eludere interrogationem emptoris: vt scz non solo taceat ad ei⁹ iterrogationē, et sic vl deat significare defectū eius: nec etiam solo aperte dicere rem esse defectuosā Et q̄uis vt Tho. dicat i qolibetis qdlibeto. ij. articulo decimo. verum sit q venditor nō teneatur vitiū rei prenunciare p preconē qua pnunciatōe exterrerentur emptores ab emēdo dū ignorarent alias conditiones rei fm quas est bona et vtilis: quomodo intelligendū ē illud qd Tullius in libro de officiis dicit. vbi inducit quendā dicentē. Quid tam absurdū q̄ si domini iussu ita preco predicet domū pestilentē vendo: tamen singulariter est dicendū vitium rei ei qui ad emendum accedit qui potest simul omnes cōditiones ad inuicē cōparare bonas et malas nihil enim prohibet rem in aliquo vitiosā in multis aliis valere esse.

Correlariū primū.

Quedam dicta sancti Tho. et etiā Johannis gerso. cancel. Pariensis. de vendente rē defectuosam indigent moderamine. Nam sanct⁹ Tho. scd̄a scd̄e. q. lxxvij. articulo. iij in corpore qōnis ait. Si vitiū sit manifestum. puta si equus sit monoculus vel cū vsus rei nō cōpetat venditori: potest tamē esse conueniens aliis: si ipe ppter huiusmodi vitium subtrahat quantū oportet de pcio non tenetur ad manifestandū vitiū rei: quia forte ppter hmōi vitiuz emptor vellet plus subtrahi de precio q̄ esset subtrahendū. Unde potest licite venditor indemnitati sue cōsulere vitium rei subticendo. hec ille. Johānes etiā gerson in regulis moralibus ait sic. Defectus rerum vendendarū quos quilibet ad extra presumitur cognoscere de facili: sicut nec abscondendi sūt fallacius cautelis: sic nec eos dici necesse ē: presertim quo ad fori extrinseci iudicium et q ad deum etiā si quantitas precij pportionabiliter diminuatur. Hec ille. Hec autē dicta si intelligantur indistincte: puta etiaz in casu vbi emptor etiā pro huiusmodi pcio diminuto nō emeret: nō viderentur stare posse ex causis dictis. Unde Ambrosi⁹ in libro de officiis. In cōtractibus vitia eorum que veneunt prodi iubentur: at nisi intimauerit venditor: q̄uis in ius emptoris trāsierint doli actione euacuantur. Nec excusaretur venditor p hoc q nisi reticeret emptor vellet etiā minus isto iusto pcio diminuto dare: et sic venditor damnificaretur q pōt illud damnū euadere nō vendendo ei pillo minori sed tm̄ pro iusto precio. Nec valet si dicis. tunc staret q venditor cogeretur illam rem sibi retinere. Nam et si non possit illuz habere pro emptore: potest tamen inuenire alium emptorē qui scienter illā defectuosam rem emit. Et si nec aliū quēpiaz poterit inuenire signū est q nō valet tātū p q̄to eam exhibet: quia valor reruz pensatur ex facilitate inueniendi emptores: quia quanto plures reperiri possunt emptores deside-

rantes merces:tanto carior ē merx ꝛ tanto plus valet. ꝛ quanto difficilius pñt inueniri emptores: tanto vilior est res et vilius vendi debet. Nec venditor excusaret͛ si propter hoc ꝙ ꝑ illo ꝑcio sciens vel ignorans vel deceptus emerat:nunc vellet ꝑ eodem vendere alteri ignoranti ꝛ non cōsentienti in eā vt defectuosā:q2 si tu sciens emisti nō poteris ꝯqueri de iniusticia tibi facta: ille autē posset cōqueri de deceptione. Si autem ignorans ꝛ deceptus emisti:nō ob illud licet tibi alterū decipe vt͂ te serues indemnē. Alioquin si pl' iusto ꝑcio emisses: etiā liceret tibi alteri vendere ꝑ plus iusto ꝑcio qđ est falsum:q2 si quis ē tibi furatus nō ob id liceret tibi aliquid alteri q̄d furari: q2 pena debet tenere suos actores. Confirmat͛. Nā idem Tho. dicit in qđlibetis qđlibeto .iij. articulo .x. ꝙ dolosa ē illa vēditio si vitiū vel defect' ē occultus ꝛ ex nō detectione imineat emptori damnū vl' periculū:puta q2 vsus illius rei reddit͛ ꝑ hmōi vitiū impedit' vel noxius .puta si q̄s alicui vendat equū claudicantē ꝑ veloci. hec ille. Modo si emens nō emisset:etiā ꝑ diminuto ꝑcio si sciuisset defectū:sed rōnabili volūtate noluisset accipere rem illā ob illum defectum hoc fuisset:q2 vsus ad quez volebat habere equū ꝑ illud vitiū fuit impeditus. q2 nō emerat vt iterū distraheret alteri qui forte ea re ad alia vti volebat ad que vsus illius rei nō est impeditus sed tātūmodo ꝑ se emerat vel ꝑ altero ad illum vsum qui est impedit' ex illo defectu. Vñ nō videtur quo ad hoc dr̃ia facienda inter occultū ꝛ manifestū defectū si supponat͛ ꝙ venditor cōijciat emptorē nescire defectuz Naz tunc licet sit manifestus. hoc est nat' sciri:tñ ē vere ipe emptor occult' ꝛ etiam a venditore ꝑsumitur ꝙ sit emptori incognitus:ideo de illo manifesto defectu habendum est idem iudiciū sicut de occulto Sz recurrendū est ad differentiā illā an emēs ꝑsumeret͛ nihilomin' emere si sciret:vel an oppositum ꝑsumeret͛ vt dictū est. Unde si tu mihi vendis equū ad nihil vtilē nisi vt inde habeatur pellis:ꝛ cōijcis me velle habere equū equitabilē nō excusaris a peccato quātūcunqꝫ solū pro tanto vēdas quantum valet pellis Nam quasi pro nihilo q̄d ad me recipis ꝑcium a me ex quo ille quo ad me est inutilis. Modo nihil est inutile equipollent. Unde sequit͛ ꝙ illa dicta scꝫ sancti Thome ꝛ Johannis ger. tñ videtur habere veritatez in sequenti casu huiꝰ hꝫ. scꝫ tunc quando cōijcit emptorē etiam nō curando de defectu illo:nihilomin' emptur ū etiā si sciret defectum:q2 ꝛ si sibi pro suo vsu nō esset vtilis:esset tamen sibi conueniens ad iterū distrahendū alteri. nec curabat de occupatione distrahendi vl' forte non emebat ad aliquē vsum suum sed tm̄ ad distrahendū ad lucrū. ꝛ nouit vbi talis merx etiā cū tali defectu emitur etiā satis ꝛ ꝑ cōpetēti ꝑcio. Vel etiā qñ emptor nō deberet curare de illo defectu:eo ꝙ ē nulli' reputationis vel eo ꝙ rarissime reperitur merx illius generis quin habeat talem defectum vel cōsimilē. In illis igit͛ casibꝰ nō peccaret si reticeret defectum:ꝛ maxime si venditor ideo reticet:quia si eam aperiret emptor contenderet sibi dare minus iusto tunc enim potest reticere. Naz tunc hoc reticere est in bonum etiam emptoris q2 preseruat emptorem a peccato scꝫ ab acceptatione dandi nimis diminutum precium.

Correlarium secundum.

Quāuis in aliquo casu scꝫ iam dicto liceat venditori defectum reticere:nō tamē propter hoc in eodē vl' alio liceret sibi verbo vel facto significare defectum nō inesse verbo scꝫ dicendo eam non esse defectuosam quia hoc est mentiri:facto autem puta superponendo aliquid tegens defectuz rei vel auferendo signum significans illuz defectum:ꝛ hoc si intendat per hoc emptorem inducere ad credendum rem nō esse defectuosam:quia hoc est simulare qđ ē mendacium operis. puta si quis lima abbreuiat equo antiquo dentes vt credatur iuuenis. Secus si non ideo supponat vel auferat illud:sed ideo vt emptor non cognoscat defectum vel vt lateat eum ꝛ hoc in casu in quo licet sibi reticere:quia etiam reticendo perinde se habet sicut si supponeret digitum ori suo vel auferret verba sua quibus ille defect' significaretur:ꝛ tamē hoc est sibi licitum in casu supra dato. agitur sic etiam est hic. Unde nisi sic intelligatur. videretur Johannes ger. in predicta regula sibi ipi contradicere. Naz in ꝑdicta regula

vult quod licitū sit venditori reticere defectū in certo casu: et tamen vult quod in eodem casu nō liceat sibi eū abscondere fallacibus cautelis. Modo si ibi per fallaces cautelas intelligeret suppositionē alicuius tegentis defectum aut ablationē signi significantis eundem eum factā quocūque animo scilicet animo nō quidē causandi errorē in emente scilicet vt credat illū defectū nō inesse: sed tm̄ ne credat eū inesse: tūc eadē rōne nō liceret sibi tacere de defectu. quia etiam illud tacere si licite fit de quo ipse loquitur fit illo animo non vt credat nō inesse: quia hoc esset velle inducere proximū in errorem: sed vt nō credat eum inesse seu vt nō habeat noticiā eius. Nec valet si dicatur. nō est simile quia reticere nō est quid positiuū sed negatio tm̄. superponere autē tegens defectū vel auferre significans eum est quid positiuum. nā hoc nō variat: quia si a natura inesset aliquid tegens defectū: aut si ei inesset a natura carentia significantis eū dem inesse nō liceret vēditori in casu quo sibi licet reticere defectū etiā velle et cōplacentiam habere in illo, supposito tegimine aut absentiā signi: etiā si illam cōplacentiā tm̄ habeat illo aīo vt lateat aliū defectus ille quod est falsum in casu quo etiā licet reticere eūdem. Modo illa cōplacentia nō videretur sibi licita nisi etiam applicatio tegentis eum vel ablatio signi eum significātis predicto aīo facta sibi licita esse posset. nisi ostenderetur specialis lex ei illud prohibens

Tertia conclusio.

In pluribus casibus peccat vendens rē defectuosam aliquo illorū triū defectuum et in paucioribus casibus ē immunis a pctō. probatur: quia in casu prime cōclusionis cōcurrentibus quattuor clausulis est imunis a peccato: et tamen circa eundē casum cōtingit eū quadrupliciter incidere peccatū: secundum quod quadrupliciter cōtigit eū deficere a clausulis eiusdē cōclusionis. Similiter in casu secūde conclusiōis ē imunis a pctō cōcurrētibus tribus clausulis eiusdē: et tamen si quarum deficiat incidit in peccatū. Nec mirum: quia bene agere contingit vno modo. peccare autē multipharie. ij. Ethicorum. vñ colligendo casus in quibus est imunis a peccato erunt tres. scilicet duo casus duarum cōclusionum: et preter illos est tercius casus habitus secundum quē in tercia clausula sunt exposita vel limitata dicta Tho. et Johan. gers. casus vero illiciti tacti in eisdem sunt septē et vltra.

Quarta conclusio

In casibus supradictis in quibus peccat vendens mercē defectuosā: eius peccatum est aliquādo mortale: aliquando veniale. probatur: nam si vendendo rem defectuosam damnificat emptorem in aliquo notabili attenta substantia seu facultatibus damnificati et quantitate mercis vēdēs peccat mortaliter. quod enim vni est nō notabile puta diuiti: alteri est notabile puta pauperi. et quod ē nō notabile quādo sibi vēditur merx magna puta centū florenorum ē notabile quando ei venditur merx. vj. den. non enim diceretur vēditor damnificare in non notabili ipsum emptorē si ei vendendo mercē pro. vj. den. damnificaret eū in quattuor denar. vel quinque quod tamen damnificatio in magna merce scilicet centum flor. censeretur nō notabilis. Si autem damnificat eum in aliquo paruo nō notabili: tunc aut venditor voluisset eū in magno damnificasse et notabili si potuisset: et tunc licet est mortale: aut nō voluisset in magno eum damnificasse et tunc erit tm̄ veniale. Nō enim omnis recessus a iusticia cōmutatiua quantuluscūque ē mortale: a simili sicut qui furatur primo rem nō notabilem sed quasi irreputabilē vt puta pomū de arbore vicini peccat tm̄ venialiter: si nullatenus id accepisset si quid notabile fuisset: alias secus.

Correlariū tertiū

Quāuis aliquando a peccato possit excusari vendens mercē mixtam alia re: tamen aliquando nō pōt: patet per duo exempla. Primū si quis misceat mercem ea mixtura que nō solum non est nociua sed etiam reddit ipsam mercem magis amabilem et habiliorem ad eum vsum ad quem emitur: et emēs etiā nō curat vel secundum rectā rationem nō deberet curare de illa mixtura et venditor descendit pro portionabiliter in precio secundum quod illud miscibile ē nullius vel vilioris precij: et tm̄ illud miscibile auget mercem in quātitate vt puta si quis vinū grecum existens in sua prima puritate: misceat aqua vel cōsimili liquore viliori. nā nō solū nō nocet illud mi

scibile cōplexioni hūane. imo reddit tale vinū magis potabile ꝛ amabile. qꝛ al's in sui puritate ē nimis fumosū ꝛ min⁹ placet debetq₃ ip̄m tanto leui⁹ vendere quāto illud auxit sine expenſ vel leuioribꝫ expenſ q̄₃ valeat illa augmentatio. nec emens curare debet de illa mixtura eo ꝙ nō emit nisi ad bibendū vel ad vendendū bibentib⁹ q̄ ſm rectā rōem magis optant sic esse q̄lificatū q̄₃ si in sui puritate esset. Si autem nō descenderet ꝓportionabilr̄ in p̄cio: non excusaretꝰ a pctō: qꝛ tunc q̄reret lucrū vltra cōdignū. nā si purū vēdidisset accepisset lucrum determinate q̄ntitatis vltra qd̄ nō licuisset sibi accip̄e. cū ergo nūc augerit i quātitate: sequiꝰ ꝙ si non descēdat in p̄cio recipiet vltra debitum lucrum: igitur iniuste. Similiter non excusaretur si emēs ex aliqua rōnabili cā niteretꝰ oīo hr̄e in sua puritate. vt puta exp̄sse sibi illud ꝓtestaretꝰ: ꝛ nihilomin⁹ ip̄e misceret ꝛ mixtum venderet. Item si miscibile additū eēt nociuū: sicut aliqui admiscent vino aliquos liq̄res vel herbas q̄ nocent cōplexioni hūane. Secundū exemplū (qd̄ de rigore nō videꝰ dānandū tanq̄₃ quid in se malū. ꝛ ꝯtra iusticiam cōmutatiuā licet de p̄ accidēs ꝓpt̄ scandalū ꝛ p̄iculū sinistre opinionis ꝯtra venditorē ip̄m depꝛauari cōtingat) ē. Si aliqd̄ vinū cōpetenti p̄cio vēdatꝰ p̄ A ꝛ B habeat vinū multo vel longe melius eo pro quo tamē nō velint emptores dare condignum p̄ciū: sicut ſm rectā rōne₃ deberent sed dūtaxat tantū sic p̄ viliori more aliqua mala ratiōe vel radice vel impostura aut stulticia: poterit B misceri suū vinum donec veniat ad eā qualitatē in qua est vinū A ꝛ vendere p̄ eodē p̄cio. vt per hoc ꝙ augmentatꝰ quātitas vini: attingat aliq̄ modo cōdignū p̄ciū sui vini. Nam illā mixturam etiā si scirent emptores n̄ deberent ſm rectā rōnem curare quo minus darent pro vino B sicut p̄ vino A cum sint ſcd̄m eiusdē bonitatis. Et sicut de vino exemplificatu₃ e. i. sic ceteris paribꝫ ꝛ similibus seruatꝭ cōditionibus si in aliis mercibus simile fieret idem esset iudicium licet non sit illa mixtio sic nata fieri in aliis.

Quartum correlarium.

Quāuis aliquando excusari possit a peccato vendens mercē deficientē in quātitate etiā si scienter id faciat: tamen aliquādo non potest. Primū patet quattuor exemplis. Primū: Si ē d̄ more patrie mercem vendi in pondere numero vel mensura minori q̄₃ noīetur ꝛ emptor scit illā consuetudinē. Nam tunc perinde est in re ac si merx venderetꝰ sub nomine illius quantitatis minoris quo vtitur vendens: qꝛ consuetudo interpretatur significationē illius nominis. eo ꝙ sermo subiectus est rei non res sermoni. Modo si sic nominaretꝰ: non peccaret venditor. igitur. Et confirmatꝰ: qꝛ scienti ꝛ volenti nō fit iniuria. Et eodē modo iudicandū in correlatiue opposito sc₃ in emptore. nam si emptor etiam sciens emat mercem excedentē illam quantitatē quā sibi venditor nominat cum ei vendit: ꝛ venditor illud scit quia est de more patrie i talibus vti nomine significante minorē quātitatem q̄₃ sit illa in qua tradēda est res: nō peccat emptor: vel si emptor dat p̄ciū minus in quantitate q̄₃ nominet venditor et q̄₃ venditor exigit ꝛ venditor illud scit quia est de more patrie: sicut in minutꝭ mercibꝰ solet fieri: puta in similis quar₃ quelib₃ datur pro vno obolo: ꝛ sic p̄ .xij. obolis seorsum datis danꝰ .xij. simile: ꝛ tamē si quis simul velit accipere .xij. tunc vltra illas sup̄addiꝰ vna vel aliq̄n due ſm more₃ p̄rie. Idē sol₃ fieri i q̄busdā fructibꝫ ꝛ talia etiā i maioribus mercibus p̄nt contingere. Unde illa additio si est de more adeo intelligiꝰ in contractu ꝙ si venditor addere nollet: posset emptor rescindere contractu₃: quia non daretur sibi merx in ea quantitate in qua emerat quia cōsuetudo interpretatur contractum. Secūdū exemplum. Si pondera vel mensure sint per superiorem ciuitatꝭ ex legitima causa diminuta. ꝛ ſm diminutionem etiā vendentes descēdere habent in precio: vel etiam aliquando nō habent descendere: vt puta ex legitima causa illud plus qd̄ sup̄ accipiunt ꝛ illud minus qd̄ ementes minus accipiunt: applicatꝰ nō venditori sed bono reipublice cui ex certa causa ꝛ in certo casu possunt obligari esse ementes ad ei succurrendum illo mō. item quidē illa diminutio est nota (vt presumitꝰ) ementibus. vel si non est nota eis nihilominus emerent ꝛ non curarent vel nō de

berent curare illam diminutionem. Una autem causa quare aliqñ diminuunt mensure vel pondera: vel quare i vno loco sūt minoris quātitatis q̄ȝ in alio: ē copia ⁊ inopia rerū. Nā vbi res magis abūdant cōsueuerūt esse maiores mensure: ⁊ vbi deficiunt ibi minores. ⁊ in vno quoqȝ loco ad rectores ciuitatis ptinet determinare q̄ sint iste mensure. Tertiū exemplū. Si huiusmodi pondera vel mensure nō p superiorem ciuitatis sed p plebeios in tota ciuitate cōiter ⁊ notorie sint diminuta: ⁊ vendentes vtentes illis fm illā diminutionē etiā descendūt pportionabilr in p̄cio: excusant vendentes. qr tunc ementes (vt p̄sumitur) sciunt illam diminutionē. ⁊ dato q̄ nesciāt tñ si etiam scirent nō min⁹ emerent. qr nō curarent de illa diminutione: vel saltē non deberent curare: quia in nullo eis p̄iudicatur: eo q̄ si parꝝ accipiunt: parū soluūt. Et dato q̄ nō scirent ementes nō tñ eēt opus eis illum defectū intimare: quia illud ignorare in nullo generat p̄iudiciū ementibus de quo rōnabiliter possint conqueri. Attñ quidam addunt dicentes q̄ talibus vtentes peccant in hoc q̄ nō reuelant illam diminutionē rectori ciuitatis: eo q̄ ad illum spectat determinare quātitatē ponderū et mensurarꝝ. Sed hoc nō videt vniuersaliter necessariū qr nō est necessarium si (vt casus ponit) illa diminutio est notoria. Naȝ si sic p̄sumitur nota esse rectori: ⁊ iō si scit ⁊ tolerat habetur p consentiente. vbi tamen a pte rei sciret non scire. videret q̄ ei esset intimanda: ⁊ q̄ etiam interim esset abstinendū ab vsu illorꝝ ponderū: eo q̄ nulli licet p̄terire mensuras a rectoribus institutas ppter cōmunē corruptionē plebeiorum nisi vbi talis vsus eēt sufficiēter p̄script⁹. quia p p̄scriptionē abrogat statutum rectorꝫ ciuitatis: etiā vbi tñ est p̄sumptus consensus rectoris. Quartū exemplū. Cū pannifex trahit pannuȝ in tractorio postea illi madefactus ⁊ tonsus vt moris est ob illaȝ tractionem ꝯtrahitur ad minorem quantitatem: ⁊ tamen non trahit vltra debitū artis: sed fm debitum: nō peccat vendendo talem pannū: q̄uis quādo vendit tres vlnas ille cōstringuntur ad duas cum dimidia. Nam fm illam diminutionem etiam solent descendere proportionabiliter i precio. ⁊ illa diminutio de se inest merci ⁊ emptor illud scit vel scire potest: ⁊ si sciret: nihilominus emeret vel saltem non deberet curare quia in nullo damnificatur. Sec⁹ autem si vltra debitum artis trahit. Nam etiam dato q̄ descendat in precio more aliorum: tamen illa diminutio ē ignorata ab emptore qui potius credere habet fm artem traxisse tm. ⁊ si sciret non emeret ⁊ rationabiliter posset propter talem tractioneꝫ nolle mercem. quia ob eam etiaȝ eo citius laniatur pannus ⁊ etiam ille defectus nō est vt cōmuniter in illis mercibus. Eodē modo caligarum factores qui de pprio pāno faciunt caligas ⁊ factas vendunt nō excusantur a peccato: si pannum minus debito faciunt madefieri vt non multum restringatur tempore factionis: ⁊ sic nō multo panno indigeant: ⁊ tamen cum postea ementes eis vtuntur: multum restringunguntur ⁊ decurtantur: adeo q̄ male deseruiunt eis ⁊ cito laniantur. Pro secunda vero parte correlarij patēt exempla ex his que dicta sunt circa prime partis exempla. Et generaliter ac multo magis peccant illi qui vtentes scienter diminutis ponderib⁹ vel mensuris vel numero. nihilomin⁹ non pportionabiliter descendunt in p̄cio exigētes precium ac si nulla esset diminutio in quantitate. Unde contra illos dr Deuto. xxv. Non habebitis in saculo diuersa pōdera maius ⁊ minus: nec erit in domo tua modius maior ⁊ minor: pondus habebis iustum ⁊ verum: ⁊ modius equalis erit: abominatur enim domin⁹ eum qui facit hoc ⁊ aduersatur omnem iniusticiam. Et Leuitic. xix. Nolite facere iniquum aliquod in iudicio: in regula: in pondere ⁊ in mensura. Et Osee. xij. Chanaan in manu eius statera dolosa. Chanaan iterpretat negociator. Hi enim cōmittunt dolos ⁊ fraudes in mensuris. Et Prouerbiorꝫ. xx. dicitur. Pondus ⁊ pōdus: mensura ⁊ mensura: vtrunqȝ abominabile est apud deum. id est habere pondus maius emendo ⁊ minus in vendendo: sicut aliqui negociatores cum ab alijs emunt merces sua pondera que ipsi attulerunt apponunt ad libraȝ ⁊ tamē quādo debent alijs vendere vtunt alijs ponderibus minoribus. Et si q̄ras cur lex diuina volēs q̄ i emptiōe ⁊ venditione

debeat merx nō eē defectuosa in q̄ntitate: facit mētionē de pōderibꝫ ꝛ mēsuris: vt ptꝫ in p̄dictis auctoritatibꝫ ꝛ nō de numeris: cū tn̄ etiā ɔtingat mercē esse in numero defectuosā. Rndetur fm Alexandrū de ales ꝙ iō qꝛ circa ista circa q̄ cōtingit error ꝛ deceptio necessaria est lex ꝛ ars rectificās actionē ꝛ eliminans errorē seu fraudē. Ubi ꝑo nō cōtingit errare nec decipi: nō erit necessaria lex seu ars: qꝛ ergo in ponderibꝰ ꝛ mēsuris cōtingunt deceptiōes ꝛ fraudes. In numero vero nō ē nata cōtingere deceptio eius qui vult vti rōne, iō data est lex iudicialis nō de numero sed de pōderibꝫ ꝛ mēsuris. Et qn̄ i hmōi defectu q̄titatꝭ et alio sit mortale vl' veniale patuit i ɔclusiōe. iiij. Nā ꝙ aliqn̄ sit mortale: indicāt p̄dicte auctoritates q̄ sunt ꝓhibitiue ꝛ etiam qꝛ tale dicitur abominabile esse: qđ attestatur culpe mortali q̄ ꝓprie est abominabil' apđ deū

Quintum correlarium.

Quāuis vendens pannū in q̄litate deficientē: puta pannū male textū vl' male tractū vel ruptū ad tractoriū vel reemendatū possit aliqn̄ excusari: tn̄ aliqn̄ nō pōt Primū ptꝫ. Nā si descendat ꝓportionabilr' fm illū defectum i p̄cio: ꝛ cōijcit emptorē scire illū defectū vel etiā cōijcit eū nō scire attn̄ cōijcit eū nihilominus emptur; si sciret qꝛ nō curaret: eo ꝙ talis bn̄ nouit eo vti aut distrahere alibi vbi tales defectus nō curantur. Secūdum ptꝫ: qꝛ si illa tria deficiant vel aliqđ illoꝝ nō excusabitur. ꝛ tenetur refundere damnū illatum emptori ꝛ nō solū venditor sed etiā mediator q̄ sciuit ꝛ iuuit ad illum cōtractum.

Sextum correlarium.

Quāuis vestē veterē quā renouauit in apparētia purgando vel carzando aliqn̄ excusari possit: tn̄ aliqn̄ nō pōt. Exemplū primi. Si descendat in p̄cio fm defectum qualitatis ꝛ cōijcit emptorē scire defectū vel nō curare eū etiam si sciret: vel nō debere curare. Et cū hoc nō ornauit vel purgauit eam vt p hoc induceret emptorē ad credendū eā nō veterē: qꝛ hoc esset significare falsum primo sed vt emptorē non lateret bonitas eiusdē que latuisset eū si ita rudē sibi obtulisset ꝛ forte per hoc ɔtēdisset emptor: sibi i dare minꝰ iusto p̄cio. imo in casu quo liceret sibi reticere illū defectū nesciēti (vt tactū est in p̄io corrElario) etiā licitū sibi talē purgatiōē facere q̄tenꝰ lateret emptorē ille defectus, put in scđo corrElario tactū est. Si autē nō assunt iā dicta nō excusant. Et ex hoc etiā ptꝫ ꝙ nō ē indistincte damnandū exercitiū illiꝰ artis q̄ rupturē pannoꝝ reemendantur subtilr'. Nā illa reemendatio pōt vtilis esse nō mō venditori sed etiam emptori: ꝛ venditor potest reemendationē velle habere citra hoc ꝙ intendat quēq̄ decipere: vt puta qꝛ intendit ꝓpalare defectū illum emptoribꝫ quibꝫ nō timebit ꝓpalare: eo ꝙ eis vtilius ē rupturam esse reemēdatā q̄ non: qꝛ forte nec ipsi scirent reemendare nec apud se haberēt scientes illā artē. aut intendit tn̄ illis vēdere qui nō curabūt ꝛ qui nō minꝰ emerēt. Nec tenetur indistincte reemendator ad cōijciēdū pannificē abusurū hmōi reemendatiōē nisi ex probabilibꝫ signis ꝛ qualitate psone pannifex merito redderetur suspectus đ huiusmodi abusu. ꝛ de hoc dicatur vt in simili in q̄one p̄cedenti dictū est de factore ornamentoꝝ secularium vel hmōi, ex quibus etiā poterit informari reemēdator qualiter agat in illo artificio vt sit imunis a p̄cō. ꝛ hec de p̄senti q̄stione sufficiant. Caueant tn̄ p̄dicatores ne cuncta hic posita ad populum p̄dicent ꝓpter tria. Primo qꝛ in populo sunt multi q̄ de se sunt proni ad ɔsciētiā plus iusto laxandū q̄ per hoc occasionarentur ad maiorē laxationē conscientie

Secundo: qꝛ multi sunt qui al's non curando diuinā offensā: parati sunt ad fraudes si nō timerent secularē improperationem: ꝛ illi acciperent ex illis pallium ꝛ colorem suarum fraudum. Ne igitur detur materia fraudibꝫ ꝛ latibulū latronibꝫ nō sunt passim p̄dicanda talia ꝛ singularit' illa que dicta sunt de excusabilitate aliquoꝝ casuū

Quarto arguitur. Quilibet est liber ad taxandum precium rei sue, et consequenter ad exigendum illud sic quod nisi emptor velit illud dare: poterit sibi denegare venditionem. Sed nemo est liber ad illicite agendum, igitur non est illicitum taxare mercem ad excessiuum precium et consequenter illud exigere. Maior probatur: quia nisi sic tunc non quilibet esset liber ad vendendum rem suam: imo cogeretur eam vendere nolens: quia cogeretur eam vendere pro precio minori quam sibi placeret consequens est falsum. Nam lex ciuilis decernit neminem compellendum ad vendendum rem suam neque quemque posse apponere precium rei aliene: vt patet in l. dudum. C. de contrahenda emptione: et l. nemo exter. Dicendum maior est falsa: et ad probationem dicendum quod non est indistincte verum neminem posse compelli ad vendendum rem suam: neque est indistincte verum neminem posse apponere precium rei aliene. Nam vtrunque fallit dupliciter. Primo quando quis exposuit rem suam venditioni, et est illa res pertinens ad necessitatem vel ad vitam hominis, vt sunt alimenta puta blada et huiusmodi. Nam talis postquam exposuit venditioni potest compelli ad vendendum pro precio iusto, et superior potest statuere illud iustum precium. Nam interest superioris prouidere vtilitati subiectorum et reipublice. ff. de offic. presidis. l. j. vnde in §. cura carnis. ff. de offi. prefecti vrbis. l. j. est casus quod ad prefectum vrbis spectat vt victualia iusto precio vendantur, item in l. annonam. ff. de extraordinarijs criminibus, mandatur presidibus prouinciarum vt ad hoc suis statutis et ordinationibus laborent quod annona non oneretur: et quia certum est annonam augeri si superiores non taxent precium rerum venalium venditioni expositarum, igitur ad hoc tenentur. Item ex fine presidentie eorum patet, ideo enim presides constituuntur populis: quatenus per eorum presidentiam scilicet prudentiam potentiam et iusticiam populus sibi subditis procurent necessaria ad vitam: pacem et honestatem, talia autem consequi non possunt nisi pro victualibus venditioni expositis iustum precium constituatur per superiores, igitur hoc possunt imo debent in casu quo irrationabiliter taxatur per venditores, sed heu nonnunquam permittunt pro arbitrio et cupiditate vendentium et ementium precia crescere, et hoc ex sua stulticia negligentia vel ignauia, vel (quod peius est) quia muneribus corrupti vel proprij commodi affectione seducti eo quod et ipsi sunt simul presidentes et vendentes. Et ex hoc potest inferri quod ex quo non solum alimenta sunt necessaria homini: sed etiam tegumenta, iuxta illud apostoli. Habentes alimenta et quibus tegamur his contenti simus, supple tanquam necessarijs, quod ergo etiam

in pannis expositis vẽditioni non ẽ quis liber ad vendendum quin cogatur vendere iusto precio: et q superioritas potest in eis statuere iustum precium. Idem põt dici de domibus locandis saltem vbi est necessitas talium domorũ propter inundationem alienigenarũ in illa ciuitate volentium manere. sicut fit in loco vbi cõfluunt prelati ad cõcilium et scholares ad studium generale. In aliis vero mercibus que non sunt sic necessarie hominibus sed magis sunt ad pompam vel ornatum quedam sicut sunt gemme non est opus q superior statuat certum precium nec est opus venditores cogere ad hoc vt pro tali debito precio vendant. q: emere volentes possunt eis carere. ideo non preiudicatur eis si venditores taxent ad magnum precium et sic taxa precij i illis relinquitur arbitrio eorum. non tamen per hoc excusatur venditor etiam talium rerum in foro anime si excessiuum precium taxet lz sint merces non necessarie hominibus et etiã lz citra dimidium iusti precij sit ille excessus. Secũdus casus in quo fallit est quando etiam quis nondum exposuit rem suam venditioni: attamen subest necessitas qua ceteri indigent huiusmodi re et ipse exuberanter habet eam. tunc enim potest compelli ad vendendum: et etiam ad vendendum tanto precio quantum superior statuerit. ideo tempore caristie et famis illi qui habent blada quibus ipsi pro se et familia non indigent: possunt compelli ad vendendum aliis carentibus. et hoc precio etiam qd rationabiliter decreuerint superiores ciuitatis. Secus si nõ subesset necessitas talis. et nec ipsi exposuissent ea vẽditioni. Ad presides itaq regionum et magistratus ciuitatum pertinet obuiare penurijs per illos modos quibus possunt. vtputa precium rationabiliter taxando: diuites vt superflua vendant cõpellẽdo: mercatores ad regiones abundantes mittendo: rerum vtilium aduectores vndecunq aduenerint admittẽdo: abductores de ciuitate vel regione prohibendo: inutiles et ingurgitatores expellendo: ociosos ad labores coercendo: publicos peccatores propter quorum peccata et blasphemias nonnunq a deo caristia immittitur exterminando. quorum penis placabitur altissimus sicut suspendio filiorum Saul placatus fuit deus terre tempore famis que contigit tempore Dauid. ij. Regum. xxj. Debet insuper prouidere per penas sufficientes q in mercibus non sit sophisticatio nec corruptio: puta putrefactionis ne communitas inde mortem incurrat aut morbos nec in mẽsuris sit diminutio vel in ponderibus. Finaliter ergo patet q si quis exposuit rem suam venditioni non est liber ad vendendum: sic q nisi velint emptores precium excessiuum dare vt sibi placet: q possit recusare venditionẽ: imo cogi potest vendere pro iusto precio si ille merces sint tales que respiciunt vitam hominis. in aliis autem expositis venditioni lz sit predicto modo et in foro exteriori liber ad vendendum. quia in foro exteriori non compellitur ad vendendũ q̃n possit recusare venditionẽ: non tamen in foro anime est sic liber quin peccet attemptando pro excessiuo vendere.

Quarta conclusio.

Venditor qui sciẽter secundum tenorem prime cõclusionis recepit excessiuum precium: siue sit ibi excessus vltra dimidium siue citra. et hoc siue in multo siue in modico: tenetur illũ excessum restituere lz differenter. Prima pars probatur. quia excessum siue magnus siue paruus sit recepit sub ratiõe precij vel partis precij. et tamen non dedit pro illo excessu mercem vel partem mercis. eo q tota merx quã dedit respicit reliquã partẽ precij pro qua dedit. et sic ipm excessum accepit sine causa: sine modo et sine conditione. Nã emptor illum excessum aut dat in ratione precij aut in ratione doni. Si primum tunc non dedit nisi sub conditione si venditor daret sibi pro eo mercem. et sub modo scilicet vt daret sibi pro eo mercem et ex causa scilicet q venditor pro eo daturus erat vt sperabat mercem. Modo conditione non extante non tenet datio. et sic nõ ẽ translatum dominiũ illius excessus in eũ igitur tenetur restituere. Si autẽ vt donũ dat non est translatum dominium eius in venditorem: quia venditor per casum non recepit illum excessum vt donum sed vt p

cium vel partem precij. donum autē non trāsfertur in dominium donatarij nisi donatarius consentiat in donationē. Et notanter dicit conclusio si ꝑm tenorē prime conclusionis recipit scilicet vt preciū. secus enim si exegit ipm excessum vt precium et postea recipiendo recipit vt donum: quia taliter sibi donat emptor. naꝫ tunc nō teneretur restituere. peccasset tñ exigendo. peccaret etiaꝫ si recipiendo eēt illius propositi: ꝙ etiam si emptor nō donaret sibi adhuc vellet recipere non tamē teneretur tūc restituere. Secūda pars probat: ponēdo duas differētias. Prima quia si est vltra dimidium iusti precij tenetur in vtroqꝫ foro ad alterum illoruꝫ duorum scilicet aut rescindere contractū si placet emptori. aut si emptor vult stare tenetur sibi restituere excessuꝫ. Sꝫ i alijs excessibus non sic est. Nam in foro conscientie tenetur ad alterum illorum duorum: non autem in foro exteriori. et de hoc quando ad primum ⁊ quando ad secundum teneatur dictum est supra questione liiij. in prima cōclusione. Quare autē ius etiaꝫ pro exteriori foro prouidit decepto sine dolo vltra dimidium iusti precij: et non prouidit decepto citra saltem quando est sine dolo deceptus: sed tñ re ipsa huius diuersitatis ratio est enormitas lesionis in primo casu qualis non est in secundo. Secunda differentia. quia excessus citra medietatem iusti precij est duplex: quia aut ē intra limites latitudinis aut vltra. Si secundum tunc tenetur indistincte restituere ita ꝙ illa tentio est necessitatis si est quid notabile ita ꝙ peccat mortaliter si non restituit. Si autem est non notabile: tenetur sub culpa veniali sic ꝙ si non restituit solum peccat venialiter: nisi excusetur per hoc ꝙ huiusmodi minutie sunt innumere ⁊ non digne tanto labore quantum haberet facere vt singulis singule restituerentur: adeo ꝙ etiaꝫ ipi quibus esset restitutio facienda deberent consentire in hoc ꝙ pro eoruꝫ bono talia erogarētur pauperibus. quia illud vellent sibi fieri si ipi in simili casu essent in hoc ꝙ dedissent precium in aliquātulo minus. ⁊ tunc poterūt ⁊ debebūt pauperibus erogare. ⁊ hoc pro illo a quo sup acceptum est. Et si detur primum tunc nō tenetur restituere saltem si ipe venditor tēpore venditionis ignorauit esse excessum indiuisibilis equalitatis: ⁊ postea comperit esse excessum. Nam tunc emptor donauit sibi tempore vēditionis aut sibi debuit donasse: quia illud vellet sibi fieri si quo minus (infra tamē limites latitudinis) dedisset in precio. Quicquid sit de hoc si vēditor a principio et tempore venditionis sciuisset indiuisibilē equalitatem ⁊ nihilominus superuendidisset lꝫ infra limites latitudinis. Nam videri posset alicui ꝙ etiā teneretur restituere modo predicto scilicet sub culpa mortali si fuisset quid notabile: vel sub veniali si non notabile vt prius. Ratio quia ex quo scienter superuendidit non videtur dignus vt emptor sibi illud donet quia nec emptor rationabili volūtate vellet illud sibi fieri si quo minus dedisset in precio scienter a principio emptionis. Et confirmatur: quia ratio cur contrahentes mutuo sibi donare debent et remittere si ꝙ minus soluitur aut superaccipitur: ē quia difficillimum est attingere indiuisibilē equalentiam precij et mercis sed vt communiter ignoratur. ergo cum in sciente illam indiuisibilem equiualentiam cesset illa ratio: cessabit etiam ratio cur emptor sibi donare deberet. Sed de hoc in tractatu ꝺ restitutionibus latius videri habet. in presenti enim tractatu principaliter tractāduꝫ est quando contrahentes peccent contrahendo: non quando incurrant obligationem restitutionis.

Quinta conclusio.

Quibus quattuor concurrentibus possit vēditor etiam scienter recipere precium excedens valorem mercis in magno vl' paruo tamen quodcunqꝫ horum defecerit nō solum exactio eiusdem vt precij censenda est sibi fuisse illicita sed etiaꝫ receptio. Prima pars probatur. Nā si venditor exigat precium excessiuum ita ꝙ totum velit habere vt precium pro merce et emptor habeat quattuor sequentes conditiōes. Primo ꝙ sit persona sagax atqꝫ sciens valorē

mercis. Secundo ꝙ non ex mentis leui‑tate vera vel presumpta det tātū preciuꝫ. et per hoc excluditur prodigalitas vl' inordinata affectio ad mercem in emente ex qua aliquando contingit dare plus iusto. Tertio ꝙ non ex necessitate vel artatione qua indiget multum illa re det tātū preciū: imo liber. Quarto ꝙ illa tria constent venditori de emptore probabili certitudine. Illis igitur quattuor concurrentibus lꝫ venditor peccauerit exigēdo tātuꝫ quanto merx est indigna: tamen si emptor illud dat: presumet venditor ⁊ poterit presumere ꝙ emptor illud quod est excessus in precio det per modum doni liberalis liberaliter dati sine hoc ꝙ aliqua ratio inuoluntarij misceatur illi dationi. eo ꝙ emptor ē peritus non prodigus nec artatus. Modo venditor potuisset donum taliter qualificatum recepisse ab eo etiam si nihil ei vēdidisset. igitur etiam nūc potest recipere illud vt tale. ⁊ etiam quia licitum est alicui procurare vtilitatem sine iniuria alterius. ibi autē cum dans sciat et velit: non fit ei iniuria recipiēdo ab eo. igitur. Et dico vt tale quia non posset illud recipere vt partem precij: cum nihil correspondens ei dederit in ratione mercis. Dico autem. presumet et poterit venditor presumere ⁊c. quia si nec presumeret nec posset presumere animum donandi in emptore nō debet recipere: quia exponit se periculo recipiendi alienum: et si de facto presumit contrarium eo ip̄o peccaret recipiendo alienum: ⁊ si presumpsisset animum donandi in eo ⁊ postea deprehenderet presumptioni non subfuisse veritatem: deberet restituere superacceptuꝫ.

Secunda pars scilicet quo ad exactionem ꝙ fuerit sibi illicita patuit conclusione prima. Tertia pars scilicet quo ad receptionem probatur. Nam si prima deficit puta quia emptor inexpertus ⁊ simplicianus existens ignorat valorem mercis: credens eam valere tantum quantum dat ⁊ vēditor exegit: al's nullatenus tātū daturus: non erit illa datio voluntaria sed mixta cum inuoluntario: adeo ꝙ non est illa datio sufficiens ad faciendum recipienteꝫ esse dominum illius excessus. quia datio non facit aliquem dominum rei date nisi dans cōsentiat. modo errans nō consentit si sic errat ꝙ nullatenus daret si nō erraret. Et ad defectum illius prime cōditionis reducitur casus vbi vēditor rem q̄uis valet vnum denarium exhibet scienter pro quattuor et emptor dat tres denarios eo ꝙ vel veretur ei solum vnum denarium offerre vel duos. vel quia credit non super exhiberi vltra dimidium iusti precij sed tm̄ in modico puta in vno denario more venditorum. Si secunda deficit: puta quia emptor ex p̄digalitate dat: peccat venditor recipiendo: quia cōmunicat emptori in vitio. non enim solus prodigus peccat prodige expendendo. sed etiam ille qui talia ab eo recipit: quia efficacem causam dat damno proximi: ⁊ cōmunicat proximo in peccato: consentiens in vitiosam dationē dantis. Si enim dare est prodigo illicitum: cur non etiam ⁊ recipere ab eodem esset recipienti illicitum si in illaꝫ dationem consentit. Similiter etiam si inordinata affectione daret. nam tunc sicut dans est in vitio: sic etiam recipiens. imo talis dans habetur pro ignorante: quia ignorat omnis malus. tertio ethicorum. lꝫ non sit necesse ex illa ignorantia procedere actum malum.

Si etiam tertia deficit: puta quia artatus fuit: peccat recipiendo. Tum p̄mo quia potius debebat illi succurrere q̄ eū afflictum amplius affligere. Tum secundo: quia recipit illud cuius dominum illo modo habere nō potest. Nec potest illud retinere. quia non transfertur dominium eius in ipsum. quia datio talis est non voluntaria sed mixta ex inuoluntario. coactio enim etiam conditionalis diminuit rationem voluntarij. Si etiaꝫ q̄rta defecerit: puta quia dato ꝙ prime tres adessent: attamen non constaret venditori de eisdem: peccaret recipiendo: quia exponeret se probabili vel equilibri periculo accipiendi illud quod illicitum est accipere: quia non ē licitum accipere nisi cōstet de p̄dictis conditionibus seu de omnino liberali datiōe. ⁊ maxime ex quo exegit excessum in ratione precij ⁊ non constat ei de predictis conditionibus emptoris: potius habet presumere q̄ si

detur excessus in ratiõe precij: sicut ipe exegit q̄s in ratiõe doni in qua ratiõe non exegit. Correlarium. Ex multum alleuiat venditorem si quã mercem vẽdit emptori experto et non artato neqꝫ prodigo: qꝛ nõ habebit leuiter timere ꝙ recepit ab eo excessiuum precium ex quo emptor est expertus non artatus ꝛ maxime si emptor emit vt reuendat: quia tunc emit vt lucret̃ ꝛ per cõsequens nõ nimis dat ne forte non possit lucrari.

Questio. LVIII.

Utrum illicituz sit

emptori emere mercem pro precio deficiẽte a valore merc̃ siue ille defect⁹ sit sub dimidio iusti p̃cij siue citra. ꝛ h̃ siue sit magnus siue paruus Solutio questionis stat in duabus suppositionib⁹ ꝛ quinqꝫ cõclusionibus. Prima preciuz esse deficiens a valore mercis potest intelligi dupliciter Primo ꝙ deficiat ab eo s̃m quid. ꝛ ille defectus sitit infra latitudinem iusti precij et solum est defectus a preciso valore mercis Alio modo simpliciter. et ille est defectus egrediens limites latitudinis iusti precij. Hec possunt intelligi ex dictis in simili in p̄ma suppositione precedentis q̄stionis ꝛ ex dictis ibidem posset etiam defectus s̃m quid dictus subdiuidi s̃m tres gradus.

Secunda suppositio. defectus simpliciter dictus potest esse duplex: quia aut est sub dimidio iusti precij aut citra. ꝛ illa distinctio etiam patet ex dictis in secũda suppositione eiusdẽ q̄stionis. Et q̄uis ex ibidem dictis cõclusionibus possent cõclusiones hic ponende d̃ emptore simili modo imaginari: tamen ꝑ celeriori intellectu ponentur hic ꝛ declarabunt̃ in ꝓprijs terminis aliquib⁹ omissis q̄ ex p̄cedenti q̄stione satis haberi possunt.

Prima cõclusio. emptori illicitũ est emendo mercem velle dare pro merce precium qd̓ ipe credit probabiliter vel deberet credere simpliciter vl̓ s̃m qd deficere a valore merc̃. in illo loco ꝛ tempore quo paratus ẽ eam emere. Hec conclusio probatur illis duabus p̄mis ꝓbationibus quibus prima conclusio p̄cedentis q̄stionis est probata. ꝛ etiam declaratur per singulas sex clausulas ꝓportionabiliter sicut prima fuit de venditore declarata ꝛ quattuor prime clausule satis patere possunt ex dictis ibidem. Exemplum de quinta ꝛ sexta clausula sc3 in illo loco ꝛ in illo tẽpore. Nam si aliquis non est empturus illam mercem hoc loco nec hoc tẽpore. sed dilaturus emptionem donec ad alium locuz vl̓ aliud tempus venerit vbi ꝛ in quo sperat tali leui vel deficienti: imo leuiori precio se empturũ. ꝛ tamen inducit̃ per instantiam venditoris vt in hoc tẽpore ꝛ loco emat ab eo etiam pro illo deficiẽti p̄cio qd̓ curret ĩ illo alio loco ꝛ tempore non peccat contra iustitiaz cõmutatiuã et de scholastico rigore loquendo si det p̄ciũ aliquãtulum deficiẽs. quia l3 illud p̄cium sit hoc in loco et tempore deficiens: non tamen est deficiens pro loco et tempore pro quo destinauerat emptor se empturum illam vel consimilem mercem: ꝛ cum in illo alio loco ꝛ tẽpore verisimiliter pro illo deficienti: imo minori illo deficiẽti p̄cio emisset: ꝛ tamen venditor hoc in loco ꝛ tempore inducit eum ad emẽdum: si sibi solueret precium hic ꝛ nunc currens: emptor damnificaret̃ per instantiam vẽditoris. hoc autem damnuz venditor deberet emptori refundere tãtum quantũ est: et per cõsequẽs debet tanto minus recipere in quãto ꝑ minori potuisset emptor alibi ꝛ ĩ alio tempore emisse: deducta dubietate negocij Et dico imo leuiori: quia si solũ tam leui precio et nõ leuiori posset alibi ꝛ in alio tempore emere: non tamen leuiori nõ liceret sibi p̄cise illud leue hic velle dare. quia si iret ad alium locum: facere haberet labores ꝛ expẽsas ꝛ etiam sibi subesset dubietas an ne tam leui precio posset obtinere. Hec autez omnia deberent facere hic ꝛ in hoc tempore ascensum in precio vt scilicet potius hic nõ ita leue sed maius deberet dare. secus autem si s̃m exigentiam illorum laborum ꝛ expensarum ꝓportionabiliter etiam tanto leuiori precio alibi ꝛ in alio tẽpore esset obtenturus illã mercem ita ꝙ in conscientia sua eque vel magis vellet nũc et h̃ loco omittere emptiõez ꝑ illo p̄cio. sic eã facere ꝑ tali. Ni ĩ nũc excusaret̃. Et itelligit̃ ille casus nisi necessitas q̄ vẽditor p̄mit vt inducat emptorẽ ad emendũ: sit tãta ꝙ emptor

tantū interesse deberet pati vt iuuaret venditorem quātū est īteresse qd patiẜ et hoc q̄ in h̄ loco et tēpore emit. Et huic adijci potest alius casus similis scʒ q̄ sicut dicit de eo qui non est hoc loco et tempore empturus sed alio: ita dicendū de eo qui nullaten⁹ destinauerat tale q̄d emere puta nec hoc loco ⁊ tēpore nec alio: ⁊ tamē inducit per vēditorē vt ab eo tale quid emat: ita q̄ rogatus vt emat mallet simpliciter eē supportat⁹ ab emptiōe etiā pro illo deficiente p̄cio: q̄ȝ q̄ emeret p̄ illo. vtputa quia ī nullo indiget illa merce nec nouit nec intēdit eam distrahere ad lucrū. Attamē quia rogatur p̄ alium. ideo emit partim ex pietate motus ad succurrendū proximo q̄ indiget numismate ⁊ optat carere merce. et tamen quia emendo grauaẜ in hoc q̄ debet subire emptionē sibi simpliciter nolitam: vult pro huiusmodi grauaminis tāq̄ȝ cuiusdaʒ interesse refusione dare tanto min⁹ quātū est illud grauamē. Caueat autē emptor ne illud min⁹ qd vult subtrahi de precio ⁊ sibi retinere: nō adequeẜ ḡuamini qd subit. Hoc autē scʒ an adequet ei patere potest ex eo si scʒ emptor esset indifferens tam ad omittendū emptionē etiam pro illo deficienti precio q̄ȝ ad faciendū eam. hoc eni est signū q̄ illud subtrahēdū non excedit suū grauamē. sed ad omne maximū ei tātū adequetur. ⁊ sic non est in lucro. ⁊ multo magis si magis vellet q̄ supportatus esset ab emptione etiā p̄ illo precio q̄ȝ q̄ eā faciat. secus autē si potius vellet illud grauamen subire ⁊ dare deficiens preciuʒ q̄ȝ omnino omittere emptionē. sicut contingere posset quādo ille emptor intenderet ⁊ sciret mox illud vendere pro maiori. ⁊ sic lucrari cui⁹ lucri causa potius vult facere emptionem q̄ȝ omittere Unde in tali casu si sine grauamine mox posset reuēdere pro maiori vbi venditor non sic poterat: consulo q̄ det ei maius p̄cium ⁊ non illud deficiens. aut remittat eum ad illū qui pro maiori emeret. Et debet ille casus adiectus intelligi etiaʒ nisi sit tanta necessitas in vēditore ⁊c̄. vt dictum est in priori casu. Q̄ autē ille casus adiectus sic vestitus sit de rigore iusticie ⁊ s̄m limam scholasticā licitus. ⁊ q̄ntum est de iusticia cōmutatiua non dānādus q̄c q̄d sit de malicia quā de p̄accidēs h̄re pōt ꝑ speciē mali vel h̄mōi Patet p̄mo a simili de priori casu. Secūdo a simili de vēditore qui omnino destinauerat se nō venditurum rem suam qui tamē inducit p̄ emptorem vt sibi vendat cui vendit pro pluri q̄ȝ nunc vel hoc loco ⁊ tēpore vel alio vendetur. qui casus fuit tactus in q̄stione. lvj. cōclusione tertia in. xij. manuductiuo. Tertio a simili de mutuante cui licet recip̄e aliquid vltra sortē nomine pene cōuentionalis ⁊ tamē hoc non est nisi ratiōe grauaminis quo grauaẜ mutuans nō habēdo sortem in termino prefixo ita q̄ mallet sortem tunc habere ⁊ carere pena q̄ȝ ecōtra. Igitur eadem ratione licebit emptori in p̄posito casu minus dare p̄ merce. Quarto p̄batur. vēditor cui res est cara ⁊ non venalis ⁊ tamen inducit per instantiam emptoris ad vendendū ei: potest rem vendere ascendendo vltra solitum in precio p̄pter affectionem ad rem: cur ergo emptor cui res nō est in animo vt emat: non posset descendere in precio s̄m displicentiā quā habet ad eā: quā tamen venditor vult sibi imponere vt emat. Quinto. quia si venditor vult habere numisma. ⁊ ideo inducit emptoreʒ ad emendū qui omnino non destinauerat tale quid emere. aut igiẜ vēditor potest aliquem aliū inuenire qui daret sibi precium mai⁹ q̄ȝ possit ab illo habere. aut nō. Non potest dici primū. quia tunc non est verisimile q̄ daret illi pro minori nisi vellet illi aliquid donare de q̄ntitate precij debiti: ⁊ tunc censetur emptor non emere nisi cū pacto q̄ sibi remittaẜ liberaliter vel donetur pars precij debiti: vel saltem si non velit eē donatari⁹ emptoris: vult illud sibi subtrahi ratione grauaminis qd subit in emēdo. Si scd̄m igiẜ illud preciū non est deminutū sed debitum: quia res non valet plus q̄ȝ tantū p̄ quāto possunt inueniri q̄ eā emāt.

Circa hanc igitur conclusionē Nota q̄ emens iuxta tenorē p̄me cōclusionis eo grauius peccat quo vēdens ē maiori necessitate p̄ssus ad vēdēdū rē suā ⁊ habēdū p̄ciū. q: talis crudelit̄ agit cōtra pressū: scʒ ampli⁹ p̄mēdo ⁊ affligendo afflictū. Et eodē modo dic d̄ vēdente p̄ maiori iuxta tenorem p̄me cōclusionis precedentis questionis: quia etiā eo grauius peccat q̄ emens est maiori necessitate p̄ssus

ad emendum illam rem. Adhuc autē lōge grauius peccat qui in fraudem vsurarū exercet talem venditionem ꝑme conclusionis p̄cedentis questionis ⁊ talem emptionem prime conclusionis p̄sentis q̄stionis. Nā talis tripliciter peccat quia cōmittit tam venditionem q̄ꝫ emptionem iniquas ⁊ cum hoc vsuram mentalē capiendo mētalem vsuram ꝓut distinguitur cōtra effectualem scꝫ pro ip̄o ꝓposito ⁊ p̄paratiōe eā cōmittendi. Talis autē est ille qui cū rogatur ab indigēte vt sibi mutuet decē floreñ. dicit: decē floreñ. non mutuabo: sed mercē quādā habeo quā tibi pro decē dabo: ⁊ si non indigeas ea: poteris eam vēdere. ⁊ sic acquirere pecuniam optatā. ⁊ stat q̄ merx non valet nisi nouē: ⁊ venditione facta idē diues dicit. Ex quo nōdū habes optatā pecuniam: ego a te emam illam mercē sed nequaq̄ꝫ pro decē: quia nō indigeo sed tm̄ ꝓ octo. ⁊ ad hunc contractū ideo diuertit: q2 libenter mutuasset octo floreñ. (vt petijt) ⁊ hoc pro vsura duoꝝ floreñ. vel triū. sed q2 non audebat timore seculi hunc contractū amplecti. ideo diuertit ad aliū cōtractuꝫ quo tantundē habebit. sicut si ad vsurā sibi mutuasset octo floreñ. Nam cuꝫ primo ꝓ decem floreñ. vendit mercem: nō nisi nouem valentē: lucrat̄ vnū floreñ. ⁊ cū postea redimit eandē pro octo que valet nouē iterū lucratur vnū. ⁊ sic duos floreñ. lucratur. talis inq̄ꝫ inique vendidit et iniq̄ emit ⁊ paratus fuisset actuali p̄paratione mentis ad vsuram mutuare ergo tripliciter peccauit. Si autem quis nullatenus vellet mutuare ad vsuram cuiq̄ꝫ nec etiam illi petēti mutuū vellet mutuare siue gratis siue non gratis eo q̄ non adesset casus in quo vllo modo teneret̄ ei mutuare: attamē paratus esset sibi quid vendere pro iusto precio: ⁊ hoc faceret quaten⁹ saltem emptor ꝑ illam mercē reuendendā acquireret pecuniam: nec hoc faceret illa intentione vt sibi ip̄i reuenderet: imo nihil de hoc cogitaret nec illud eum moueret ad vendendū ei illam mercem: imo staret q̄ nō optaret illaꝫ mercem redimere ⁊ tamen ideꝫ emptor nō nisi illi vēditori vellet reuendere q̄ tamen nollet sibi dare tantū quātū ei vendiderat ⁊ q̄ non indiget ea: tunc talis redimens si …mendo agit s̄m tenorem illi⁹ prime cōclusionis peccabit. si autem nō agit s̄m tenorem illius ꝑme cōclusionis tunc q̄uis i aliquo certo casu circūstātionato eo modo qui expressus est in clausulis conclusionis: de rigore cōtractus ille forte posset excusari tanq̄ꝫ in se non iniustus: tamē habebit speciem mali ⁊ actorem infamare ⁊ alios scandalizare natus est. ideo omittēdus est tanq̄ꝫ latibulū vsurariorū ⁊ infamatiu⁹ sui actoris.

Secūda conclusio. prima cōclusio iam de emptore formata: esset etiā vera si emptor equilibri dūmodo dubitet p̄ciū deficere a valore mercis. Probat̄: q2 si ē in tali dubio ⁊ nihilomin⁹ contendit vel conatur dare illō preciū: exponit se equilibri periculo violandi iusticiam cōmutatiuaꝫ. hoc autem est illicitū sicut ⁊ exponere se sine equilibri siue ꝓbabili p̄iculo peccati ē pctm̄. Et ideo cū ē i tali dubio recurrat ad manuductiua quib⁹ rationabiliter moueatur ad cognoscendū qd̄ sit competens preciū: que si inueniri non potest: aut omittat emptionem aut det maius illo deficiēti p̄cio qd̄ contendebat dare de quo maiori sit ei probabilis credulitas q̄ sit competens Aut si hoc non velit facere: tunc in emēdo ponat se ad arbitrium venditoris dicēdo. taxetis vos ip̄e qd̄ dignū fuerit ⁊ illud dabo: ⁊ tunc poterit illud dare: dūmodo venditor sit vir expertus non artatus nec inordinata affectione precij ⁊ displicētia mercꝭ agitatus ⁊ emptori cōstet de illis ꝯditionibus vēditoris. ⁊ dūmodo etiā emptor nō fecerit talē oblationē venditori: et qua occasionē dederit vēditori ad petendū min⁹ iusto: eo q̄ ducit̄ verecundia vel errore vt non audeat plus petere eo q̄ tā vile qd̄ sibi emptor obtulit. Si aūt vēditor non haberet illas ꝯditiōes vel nō ꝯstaret emptori de eisdē non liceret sibi existēti in dubio eqlibri ponere p̄cium ad arbitriū venditoris. sed pot⁹ debet omittere emptiōeꝫ aut dare p̄ciū qd̄ credit ꝓbabiliter eē cōpetēs.

Tertia cōclusio. prima cōclusio ē vera siue illud p̄ciū sic deficiat a valore q̄ sit sub dimidio iusti p̄cij siue citra. ⁊ si citra: siue in multo siue i pauco. Probat̄ ꝓportionabiliter sicut ꝓbata ē tertia conclusio p̄cedentis q̄stionis. Et ex illa etiā potest inferri correlariū contra du

as opiniones ibidem positas: que sicut erronee senserunt de vendente exigente preciũ excessiuũ. dicendo q illud sibi liceret quando excessus non est vltra dimidiũ iusti precij sed citra: etiã si in multo (vel vt secũda opinio dixit) dũmodo in modico; sic etiã sensissent proportionabiliter de emptore qui preciũ deficiens dat: dicẽdo q illud sibi liceret si defectus nõ est sub dimidio iusti precij: etiã si i multo sit ille defectus vel (vt scdi dicerent) dũmodo sit i modico. Et sicut argumenta sunt facta pro illis opinionibus falsis de venditore et soluta: sic si cõsimilia applicent proportionabiliter ad emptorẽ: etiã solueret proportionabiliter.

Quarta conclusio emptor q scienter fm tenorem prime cõclusionis dedit pro merce preciũ deficiens a valore mercis: siue ille defectus sit sub dimidio iusti precij siue citra. et hoc siue in multo siue in pauco: tenet supplere defectuz vel restituere partem mercis sed differenter.

Prima pars probatur: qr si fm tenorẽ prime cõclusionis dedit preciũ deficiẽs a valore mercis: tũc accipit aliqd mercis sub ratione mercis; pro quo nihil dedit eo q totũ preciũ solũ respicit reliquum mercis. signetur igitur illud acceptuz pro quo nihil dat: eo q ad id non attingit aliqua pars precij: et sit B. arguitur sic: recepit B ex causa sub modo et sub cõditione non extantibus. Nam venditor dat sibi B vel in ratione mercis vel in rõne doni. Si primũ: tũc venditor non dedit sibi B nisi sub conditione scz si emptor daret sibi preciuz pro B. et ex causa scz quia emptor dare debebat sibi preciũ pro B et sub modo scz vt emptor daret sibi pro B preciũ: modo cõditione sub qua datur res non extante nõ tenet datio nec trãsfert dominiũ rei date in accipientẽ. et sic tenet accipiens restituere vel supplere cõditionez sub qua data est. Si aũt B vt donũ datuz est: non est translatuz dominiũ ipsius B in emptorem: qr emptor p casuz non recepit ipm B vt donuz: sed vt mercẽ vel partem mercis. donũ aũt nõ transfert in dominiũ donatarij nisi donatarius consentiat in donationem et velit datum habere vt donũ.

Et notãter dicit cõclusio si fm tenorem prime cõclusionis dedit preciũ etc. secus autẽ si a principio voluit vt conabat recipere ipm B vt mercẽ et tñ postea in recipiẽdo B recepit ipm vt donũ et defectuz vt sibi remissum liberaliter a venditore: eo q venditor sibi B liberaliter donat vel liberaliter remittit defectuz precij. Nam tũc nõ tenet supplere defectum nec restituere B licz peccasset conando dare preciũ deficiens pro tota merce in ratione mercis: peccaret etiam si recipiendo ipm B: esset talis propositi q si venditor etiã sibi nõ donaret B nec remitteret defectũ precij: nihilominus vellet B retinere et nõ supplere: non tñ teneret qd restituere supposita liberali donatiõe B vel remissione liberali defectus. Secũda pars probatur ponẽdo duas differẽtias. Prima quia si defectus est sub dimidio iusti precij emptor tenebit in vtroqz foro ad alterũ illorum duorũ scz aut rescindere contractum si placet venditori: aut si placet vẽditori contractũ manere: tenet supplere defectũ: in alijs excessibus non sic est. Naz in solo foro cõsciẽtie nõ in foro exteriori tenet ad alterum illorum duorũ. sed de hoc quãdo ad primã et quãdo ad scdm teneat: dictũ est supra questione. lv. cõclusione prima. Scda differentia. qr defectus modicus est duplex. quia aut ẽ intra limites latitudinis: aut sub eis seu extra eos. si scdz: tunc tenet indistincte supplere ita q illa tentio ẽ necessitatis: si ẽ notabilis ita q peccat mortaliter si nõ supplet. si aũt est nõ notabilis: tenet sub veniali culpa: sic q si non supplet: peccat venialiter: nisi excuset p hoc q minutie taliũ defectuũ sunt innumere et non digne tãto labore quãtũ haberet facere: vt singule singulis supplerent. ita q etiã venditores deberent mer fm rectã rõnez consentire q tales erogarent eorũ noĩe pauperibus: qr rationabiliter illud vellent sibi fieri si ipsi in simili casu vendendo supaccepissent in aliquãtula minutia. Si detur primũ: tũc si emptor tempore emptionis ignorauit se in precio defecisse ab indiuisibili equalitate valoris: tũc non tenet supplere etiaz si postea cõperiat illũ defectum. qr tunc venditor donauit sibi B vel remisit illam partem deficientem vel saltẽ sibi debuit donasse et remisisse. secus forte si a principio contractus sciuisset illum defectũ. et deduc hec sicut in simili deductum est in conclusione quarta precedentis questionis.

Quinta conclusio. q̄ꝫuis q̄ttuoꝛ concurrentibꝰ possit sana ꝯscientia emptoꝛ etiam scienter dare p̄cium deficiens a valoꝛe mercis in magno vel in paruo: tñ quodcūꝫ hoꝛū defecerit: non solū p̄tensa oblatio eiusdem vt precij sufficientis censenda ē sibi fuisse illicita: sꝫ etiam datio precij ꝛ receptio totiꝰ mercis. Prima ps ꝓbatur. Naz si emptoꝛ offerat preciū deficiens sic ꝙ velit totā mercē habere in ratione mercis solute: ꝛ vēditoꝛ habeat illas q̄ttuoꝛ cōditiones scꝫ ꝙ sit ꝑsona sagax ꝛ sciens valoꝛē mercis. Scōo ꝙ nō ꝙ mentis leuitate vera vel p̄sūpta det tantā mercem ꝓ tam deficienti p̄cio. et per hoc excludiẗ ꝓdigalitas vel inoꝛdinata affectio in venditoꝛe ad preciū et inoꝛdinata displicētia ad mercē: ex qua inoꝛdinatiōe cōtingit aliq̄n dare mercē ꝓ minus iusto. Tercio ꝙ venditoꝛ nō artatiōe vel necessitate qua valde indiget p̄cio: det tantā mercem ꝓ tam vili p̄cio: imo libere. Quarto ꝙ illa tria ꝯstent emptoꝛi de venditoꝛe ꝓbabili certitudine. Illis itaꝫ quattuoꝛ ꝯcurrentibꝰ lꝫ emptoꝛ peccauerit offerēdo a p̄ncipio tam deficiens p̄cium qđ indignum est tāta merce: tñ si venditoꝛ sic cōditionatꝰ (vt dictū est) nihilominꝰ dedit eaꝫ rem emptoꝛi: p̄sumet emptoꝛ ꝛ poterit p̄sumere ꝙ venditoꝛ ip̄m B sibi liberaliẗ donet: ꝛ liberaliter remittat defectum precij sine hoc ꝙ aliq̄ ratio inuolūtarij misceaẗ illi dationi. Modo emptoꝛ potuisset donū taliter q̄lificatū recepisse a vēditoꝛe: etiam si nihil ab eo emisset. igiẗ etiā nūc potest recipe illud vt tale. Et dico vt tale: quia nō posset ip̄m B recipe vt mercē: cū nihil coꝛresp ōdens ei vt p̄cium dederit. Dico aūt p̄sumat ꝛ poterit emptoꝛ p̄sumere ꝛc̄. qꝛ si nec p̄sumeret nec posset p̄sumere in venditoꝛe animū donādi sibi B: vel remittendi sibi defectū: non debet recipe B vel dare taliter deficiens p̄cium. qꝛ exponeret se periculo recipiēdi alienū. ꝛ si de facto p̄sumit cōtrarium: eo ip̄o peccat recipiendo alienuꝫ scꝫ B: ꝛ si p̄sumpsisset animū donandi in eo et postea dep̄henderet p̄sumptioni sue nō subfuisse veritatē: deberet supplere defectum p̄cij vel restituere B. Scōa ꝟo ps scꝫ ꝙ oblatio fuerit sibi illicita patuit con-clusione p̄ma. Tertia ꝟo ps scꝫ ꝙ receptio sit sibi illicita si defecerit aliqđ illoꝛuꝫ q̄ttuoꝛ ꝓbatur. Naz si primū deficit puta qꝛ venditoꝛ est simpliciañꝰ ꝛ inexpertꝰ credēs mercē nō plus valere q̄ꝫ det emptoꝛ: ita ꝙ aliās nullatenus daret ꝓ tam leui p̄cio: non erit illa datio mercis pure volūtaria sꝫ mixta ex inuolūtario: adeo ꝙ non ē illa datio sufficiēs ad faciēdū emptoꝛē esse dominuꝫ totiꝰ mercis ꝛ signanter ip̄ius B: qꝛ datio nō facit quē dominū rei sibi date: nisi dās ꝯsentiat. Modo errans non cōsentit si sit talis erroꝛ ꝙ nullatenꝰ daret si non erraret Et ad defectū illius p̄me ꝯditionis reducitur casus vbi emptoꝛ ꝓ re que bene valet q̄ttuoꝛ: offert. tñ vnum et venditoꝛ dat ꝓ duobꝰ: eo ꝙ vel vereẗ exigere q̄ttuoꝛ ab eo q̇ sibi soluꝫ vnum obtulit: vel qꝛ credit emptoꝛem non offerre p̄ciū deficiens sub dimidio iusti p̄cij. sed tñ in modico puta i vno denario inoꝛe emptoꝛū. Si scđa deficit puta qꝛ vēditoꝛ ex ꝓdigalitate dat: peccat emptoꝛ recipiēdo: qꝛ cōmunicat vēditoꝛi in vitio. non eni solus prodigus peccat ꝓdige expendendo: sed etiaꝫ ille q̇ talia ab eo recipit. Et idem iudiciū est si venditoꝛ det ex inoꝛdinata affectiōe ad p̄cium vł ex inoꝛdinata displicētia ad mercē pro illo p̄cio diminuto. An aūt tūc emptoꝛ teneaẗ supplere defectum vł restituere B: videāū est in tractatu de restitutionibꝰ. Si etiā tertia deficit: puta qꝛ artatꝰ fuit: peccat sic deficiens p̄cium dando et recipiendo B. primo qꝛ potius deberet succurrere vēditoꝛi q̄ꝫ eū afflictū amplius affligere. secundo qꝛ recepit illđ cuiꝰ dominiuꝫ illo modo nec habere nec ip̄m retinere pōt. quia non transferẗ dominiū eiꝰ in ip̄m ꝑ dationeꝫ sic mixtā ex inuolūtario. coactio eni etiā ꝯditionalis diminuit de rōne voluntarij. Si etiā q̄rta deficit: puta qꝛ dato ꝙ tria p̄ma adessent: attamē illa nō cōstarent emptoꝛi de venditoꝛe: peccaret dando deficiēs precium. qꝛ exponeret se ꝓbabili vel equilibri periculo accipiēdi vel dandi id qđ est illicitū accipe vel dare. qꝛ non est licituꝫ accipere B vel dare deficiēs p̄cium: nisi cōstet de p̄dictis conditionibꝰ venditoꝛis: seu de omnino liberali donatiōe B ꝛ remissione defectus: ꝛ maxime ex quo emptoꝛ obtulerat tale deficiēs p̄cium. ideo si non constet emptoꝛi de p̄dictis ꝯditionibꝰ venditoꝛis:

potius habebit p̄sumere q̄ sibi detur B i ratione mercis ꝛ nō i rōne doni: sicut ipse obtulit p̄ciū ꝑ tota merce (cuiꝰ B est ps) sub rōne mercis. Et circa p̄mā partem cōclusionis nota q̄ stantibꝰ q̄ttuoꝛ illis de q̄bus dictū est in p̄ma parte venditoꝛ etiā in foro exteriori est tutus. Unde nō dabit venditori actio ꝯtra emptorem: q2 si quis donationis causa vēdit ꝑ modico precio: nō audit volens venire ꝯtra suam voluntatē: vt tāgit Panor. in. c. cū causa. de emp. ꝛ ven. ꝛ ibidē dic ecōtra in casu simili q̄nte ꝯclusionis p̄cedentis q̄stionis. Nota tū q̄ etiam cōcurrentibꝰ illis q̄ttuoꝛ fallit illa ps in casu quo p̄latus ecclesie esset ille q̄ sic viliter vēderet mercē aut alius qui facta alteriꝰ ꝓcuraret vt tutoꝛ vel curatoꝛ pupilli vel minoris. q2 ab illo etiā si sciat verum p̄ciū: nō licet sic viliter emere. quia nec illi licuit sic viliter vendere.

Correlariū. Multū alleuiat emptorē si quam mercē emit ab exꝑto vēditore: q2 p̄sumitur q̄ ex quo expertus est nec artatus q̄ nō ei vendidisset ꝑ illo precio nisi fuisset sibi visū condignū. Unde si emptoꝛ inexpertus vadat ad institores ꝛ mercatores publicos non ē sibi maltū periculū si modicū p̄ciū exhibet ꝑ merce: dūmodo emptoꝛ ignoret valorē mercis: nesciens an p̄cium id sit deficiens vel equalens. sed hoc dūtaxat faciat vt respōsione vēditoris addiscat debitū valorē ꝛ debitū p̄cium: eo q̄ vēditores exhibent rem p̄mo ꝑ magno quā tamē solēt finaliter vēdere ꝑ minori ꝛ aliqui etiā ita superexhibent a p̄ncipio q̄ ꝑ longe minori etiā sub dimidio p̄me exhibitionis vēdūt sicut dicit d̄ coloniensibꝰ. Unde si emptoꝛ emat a supradictis scʒ peritis ꝛc. mercē pro illo deficienti p̄cio qd̄ obtulit: poterit presumere q̄ ex quo vēditoꝛ fuit expertꝰ ꝛ non artatus q̄ hoc fecit sine suo p̄iudicio tāq̄ recipiens condignū p̄cium.

Questio. LIX.

Utrum licitum sit vēditori vendere mercē vni ꝑ maiori p̄cio q̄ alteri: puta carius vendendo ementi ad terminū vel expectationē q̄ ad promptā solutionē. Solutio q̄stionis stat i duabus distinctionibꝰ: q̄ttuoꝛ cōclusionibus: duobꝰ correlarijs: ꝛ trium argumentoꝝ solutionibꝰ atq̄ quodā documento in fine ꝛ cauda q̄stionis annectēdo.

Prima distinctio. vendere mercē vni ꝑ maiori precio q̄ alteri contingit dupliciter. quia aut illa maioritas manet intra latitudinē iusti precij: aut egredit eā. Exemplū primi. stat q̄ aliqui prudētes estimant pannū aliquem. l. florenoꝝ. alij prudētes. lj. tertij. lij. florenoꝝ. ꝛ sic passim vendant ꝛ emant s̄m illā triplicem estimationē. nec quisq̄ sit qui estimet eum vltra. lij. florenoꝝ. valere vel nō valere. l. flor. tam iustum p̄ciū illius panni stat in tribus gradibꝰ scʒ pio mediocri ꝛ rigido: et illis cōsistit latitudo illius precij iusti. Si igit venditoꝛ vendat vni eū ꝑ. l. florenoꝝ. alteri ꝑ. lj. ꝛ tertio ꝑ. lij. vendit vni pro maiori ꝛ alteri pro minori: ꝛ tamē maioritas illa manet īra latitudinē iusti p̄cij. Exemplū s̄cdi vt si q̄s eū vēderet ꝑ. liij. vel. liiij. flor.

Scd̄a distinctio. si maioritas precij egreditur latitudinē iusti p̄cij: tunc aut vēditoꝛ exigit illam maioritatem rōne mercis tanq̄ p̄ciū eius: aut alia ratione. si scd̄m. aut igit ratione expectationis: aut alia rōne. si scd̄m hoc etiam cōtingit dupliciter: quia aut ratione interesse ꝓuenientis ex expectatiōe p̄cij seu carentia eiꝰ siue illd̄ eē sit dāni emergētis siue lucri cessantis: aut ratione alicuiꝰ alteriꝰ.

Prima ꝯclusio. venditoꝛ non peccat ꝓpter hoc q̄ vēdat mercem vni ꝑ maiori precio q̄ alteri: si illa maioritas manet intra latitudinē iusti precij: dūmodo credat tam maius q̄ minus precium esse iustū. vt si agat s̄m tenorem p̄mi exempli p̄me distinctiōis. Probat dupliciter. Primo sic quia ex quo quodlibet illorum trium precioꝝ est iustū ꝑ casum: ꝛ ipse credit esse tale: nō facit iniuriā s̄cdo nec tertio: quia exigit qd̄ iustum est: lʒ s̄cdo nō faciat tantā grām sicut primo nec tertio sicut s̄cdo. Modo nō peccat q̄s nō faciēdo vni grām quā alteri facit. igit. Nec sequit: vendit vni ꝑ iustiori precio q̄ alteri. igit illi alteri vendit pro iniusto. Nā stat duo precia esse iusta ꝛ tū vnū esse iustiꝰ alio. sicut sancto sanctiorem inuenire cōtingit et mūdo a peccato mundiorē: lʒ vterq̄ nihil habeat imūdicie. ꝛ vnum habitū scientificā certi

certiorem alio cõtingit inuenire: lʒ neuter habeat aliquid incertitudinis. Scđo probatur idem a simili. si B sit debitor ipsi A in .x. ad terminum. et F similiter in .x. sit debitor eiusdē A ad eundē terminū: non peccat remittēdo aliqđ de .x. ipsi B soluēti ante terminū etiā si nihil vellet remittere ipsi F non soluēti ante terminū. facit enim ipsi B bñficiuʒ ob hoc ꝙ citi⁹ soluit q̃ F: et sic benefaciēti benefacit et nō benefaciēti non sic benefacit. igif etiā non peccat venditor si nolit ita remisse vendere ei q̃ non statim soluit sicut deberet ei q̃ statim soluit. et sic p maiori ei licebit vēdere; dūmodo tñ maioritas maneat intra iustū pcium. tenet cõsequentia a simili. Naʒ sicut B et F ambo erāt debitores in decē tanq̃ iusto debito: sic emptores recipiēdo mercē sunt debitores ipsi vēditori in iusto pcio cui⁹ ē triplex gradus pdict⁹. igif vni poterit nolle remittere gradū mediocrē vel rigidum et tamen alteri poterit velle remittere. Hec tñ secūda pbatio nō ē ita certa sicut pcedēs: qr antecedens non ē indistincte verū: qr sicut B anticipans solutionē in casu predicto: aliqñ nō est imunis a peccato vsure vt patebit in scđa cõclusione sequētis q̃stionis sic etiā A inducendo B ad hmōi anticipationē aliqñ non est imunis a peccato scandali vel occasionis ruine in B. put de taliter inducente primū dictū fuit supra q̃stione .xlvij. Dicif notāter in cõclusione dūmodo credat etc. quia si non crederet nisi infimū gradū esse iustum pcium: non excusaretur a peccato: nisi in casu tertie conclusionis sequentis vel etiā quarte p pma parte eiusdem. Et in casu hui⁹ cõclusionis nō intelligif illud extra de emp. et vē. placuit. vbi statuit sacrum ꝯcilium ꝙ pſbyteri moneant plebes suas vt hospitales sint atq3 non carius transeuntib⁹ vendāt q̃ in mercato vēdere possint. Nā illō itelligif qñ illa maioritas egredif latitudineʒ iusti pcij.

Scđa cõclusio. vēditor peccat mortaliter vendens vel p notabiliter maiori pcio q̃ alteri vbi maioritas est extra latitudinē iusti precij et notabilis si eam exigit rõne expectationis seu dilationis precij. Probaf: quia expectare seu dare dilationē solutionis precij est implicite mutuare. igif si ipam maioritatē seu partē que est extra latitudinē iusti precij: vult habere rõne expectationis: tunc rõne mutuationis eam vult habere. Modo rõne mutui aliqđ tpale lucrum exigere est peccare mortaliter peccato vsure. igif. Antecedens pbatur: qr quādo vēditor expectat seu dat emptori dilationē: pinde est ac si pciū iam haberet in bursa et de bursa sua daret emptori vsq3 ad terminū. Scđo sic pbatur vendere tēpus ē illicitū. modo si venditor vendit illo modo vt cõclusio scđa dic: tūc vēdit tempus. igitur. Sed hec pbatio et talis locutio q̃uis sit cõmunis et multorum doctoꝝ: tñ est obscura et quasi inintelligibilis: imo de rigore sermonis falsa: nisi reducaf ad terminos pcedētis pbatiōis Probaf. nam venditor pdictus nō potest etiā de facto vendere tempus emptori nec est hoc mentis sue nec etiā attēptat hoc. qr nō attēptat ei vendere tempus pſens: quia scit ꝙ tēpus pſens est cõmune vtriq3: ita ꝙ emptor eque habet illud sicut vēditor: nec etiam attemptat sibi vēdere tempus pteritū: quia neuter habet illō nec potest habere: nec etiam tempus futuruʒ: qr venditor scit se illud emptori nō posse pcedere et emptor scit venditorē illud sibi non posse dare. hoc enī esset velle vendere primo progationē vite. Item tempus saltem vniuersale est mot⁹ primi mobilis vel passio eiusdem. et sic est in primo mobili. igif non est verisimile ꝙ venditor velit vēdere aut emptor emere rem ita distantē et inattingibilem. Unde modus ille loquēdi obscur⁹ videf potius omittēdus et loco illi⁹ termini tempus vtendum est illo termino expectatio vel dilatio ad tēpus. Nam mutuationem implicitā in dilatione vēdit ille qui pter dilationē carius vltra iustū pcium vēdit q̃ faceret ad pmptam pecuniā.

Tertia cõclusio. si maioritas ē extra latitudineʒ iusti precij et venditor nullaten⁹ ratiōe expectationis exigit maioritatē. sʒ rõne interesse sibi puenientis ex carētia pcij expectandi: siue illō interesse sit dāni emergētis siue lucri cessantis: tūc vēditor nō peccat ob h ꝙ cari⁹ vendit pdicto modo: dūmodo fuerif ille cõditiones q̃ requirunf ad h ꝙ mutuāti licitū sit vltra sortem mutuatam aliquid exigere ratione interesse dāni emergentis vel lucri

cessantis: q̄ ꝯditiões fuerũt posite sup̃ra q̄stione .xxx. Exẽplũ aũt vbi singule ꝯditiones sint incluse (supposito casu p̃ime distinctiõis huius questionis) esset si venditor vẽderet p̃ .liiij. ad terminũ. sic ꝙ teste cõsciẽtia sua vellet potiꝰ in ꝓmpto iã capere liij. vel .lij. vel etiã .l. q̃ʒ ꝙ debet carere precio ⁊ accipe .liiij. ⁊ tñ ex quo emptor non habet nunc sibi soluere: ip̃e ꝙtim pietate motꝰ vt scʒ nõ cogat̃ emptor abire sine merce ⁊ ad placendũ sibi vẽdit sibi ad terminũ: necꝫ ẽ tanta necessitas in emptore ꝙ de precepto teneat̃ sibi expectare: ex alia v̄o p̃te q̄ etiaʒ sibiip̃i ꝓuidere vult de interesse qđ patit̃ i carẽdo: ob qđ vitandũ maluisset de p̃senti accepisse .liij. vel minꝰ: exigit vnũ floreñ. ad quẽ nullatenꝰ afficiat̃ plus q̃ʒ ad illud rõne cuiꝰ sua interest: q̄n mallet liberatꝰ esse ab interesse ⁊ carere vno floreñ. q̃ʒ accipe vnũ floreñ. ⁊ subire interesse. necꝫ infamatio aut scandalũ aliquod orit̃ vel natũ est oriri ex hmõi ꝯtractu. nunc eñi oẽs septem ꝯditiones sunt incluse: vt patet eas trãscurrẽdo. Illa igit̃ cõclusio ꝓbatur quintupliciter.

Primo sic. venditoreʒ expectare p̃cium est cũ implicite p̃ciũ vt sortẽ mutuare emptori vt ostensũ est. igit̃ si ex hmõi expectatione seu mutuatione: q̄ caret p̃cio suo iusto: ꝓueniat venditori interesse: poterit ratione illius q̄d exigere vltra iustũ p̃cium. tenet ꝯsequẽtia: q̄ supra q̄stione .xxx. ostensum ẽ ꝙ licitũ ẽ mutuãti exigere vltra sortẽ rõne interesse ꝓuenientis sibi ex carẽtia sortis. Scđo sic: q̄ si peccaret: aut peccato sup̃uenditionis scʒ ꝯtra iusticiam cõmutatiuã aut peccato vsure. Non scđoʒ vt iã patuit: q̄ lʒ expectãdo mutuet ⁊ accipiat̃ vltra sortem: non tñ non omne mutuare ⁊ vltra sortẽ cape est vsuram cõmittere vt sepe patuit supra. Nec primũ: q̄ p̃tẽ egrediẽtẽ latitudinẽ iusti p̃cij: nõ accipit in rõne p̃cij sed ꝓ refusione sui interesse qđ patit̃ expectando ⁊ carendo precio iusto sibi debito. Modo h̄ non ẽ illicitũ sicut patuit ƒm casum Scoti positũ supra in .q. lvj. in tertia ꝯclusione in .xij. manuductiuo: vbi dictuʒ fuit de vendente mercẽ que nullatenꝰ fuit vendenti venalis ⁊ ex cuiꝰ carentia dãnificat̃: ꝙ licite potest altius vendere q̃ʒ soleat al's venditi hoc ꝓ releuatione damni qđ incurrit vendendo ad instantiã emptoris.

Vñ nõ debet dici ꝙ ꝓ tanto sit casus huiꝰ conclusionis licitus vt q̄daʒ iurisperitus dicit: q̄ scʒ agrum vel aliud fructificãs ad terminũ vendendo: venditor interim carebit fructibꝫ quibus tamen fruetur emptor. Nam ꝓpter hoc non debet venditor rẽ carius existimare: quia hoc inest naturaliter contractui venditionis: ꝙ fructus mercis spectant ad emptorẽ sicut ⁊ periculuʒ ⁊ nõ ad venditorẽ. Nam etiã si mox fuisset sibi solutum p̃ciũ: etiaʒ ꝓtinuissent fructus ad emptorẽ. Unde potiꝰ econtra debet excusari scʒ ꝙ carẽdo p̃cio qđ deberet habere patitur interesse. Tertio sic. si venditor vendat p̃ .liiij. ad terminum ⁊ tñ si (vt optabat) habuisset in prompta solutiõe .liij. fuisset illis vsus in mercantijs licitis vel emptiõe alicuius possessionis fructifere de qua vel de quibꝫ verisimiliter intra predictũ terminum fuisset lucratꝰ plus q̃ʒ vnũ floreñ. etiã vltra oẽs expensas: labores ⁊ curas etiam deducta dubietate lucri: ita ꝙ teste ꝯsciẽtia sua non accepisset vnũ floreñ. ꝓ renũciatione huius lucri sperati: iam innꝫ videt̃ ꝙ non soluʒ possit excusari a peccato de h̄ ꝙ accepit vltra iustum preciũ: imo videtur ꝙ non indigeat sup̃ illo aliqua excusatiõe eo ꝙ videtur ꝙ non accipiat vltra iustum p̃cium in tali casu. Et hoc vltimuʒ assumptum scʒ ꝙ nõ videt̃ ꝙ accipiat vltra iustũ p̃cium: imo ꝙ illi .liiij. maneant intra latitudinem iusti precij stante casu vt format̃ est in p̃ncipio huiꝰ tertie ꝓbatiõis ꝓbatur sic: quia .liiij. floreñ. nondũ habiti sed solum ex primũ habendi in tali termino: nõ sũt maioris valoris vsualis q̃ʒ sint .liij. de p̃senti soluti: imo solum eis equalent. Modo quãtitas precij est attendenda ƒm valorẽ vitalem sicut ⁊ quãtitas mercis: vt patuit sup̃ q̄stione .lvj. igit̃ censet̃ vendere solum ꝓ p̃cio valente tantũ sicut valẽt .liij. de p̃senti soluti: non diceret̃ vltra iustum p̃cium vendidisse. igit̃ idem dicendũ si pro .liiij. ad terminũ p̃dictum dando vendidit. Minor ꝓbatur: quia ita vtiles sunt sibi .liij. q̄bꝰ ante potest vti vsꝫ ad illum terminuʒ ad lucrũ p̃dicto modo speratuʒ et multo magis ad damna emergẽda vitanda: sicut .liiij. quibꝫ vsꝫ ad illũ terminũ non põt vti siue ad lucrũ p̃dicto modo speratũ ꝯsequendũ siue ad damna emersura vitãda. Modo et

ydoneitate vel habilitate numismatis ad vsū
⁊ cōmoditatē hoīs attendit valor eius vsua
lis in emptione: sicut et idoneitate mercis
ad vsū humanū attendit eius valor vsualis
attēdendus in vēditiōe. Cōfirmat ⁊ de
claratur huius assumpti pbatio sequenti exem
plo. Si habeo librū cuius iustū ꝓciū fm ri
gidū graduz sit .liiij. solidi. veniatqꝫ emptor
habens .liiij. de quodā pegrino numisma
te. qd talis est ꝯditionis ꝙ in re scꝫ i argen
to sit melius nostris grossis vel solidis qui
hic currūt ⁊ p quibus ego vendere volo. ⁊ tn̄
tales solidi vel grossi nō plus possint mihi
vales esse qꝫ .liiij. solidi vel grossi huius patrie
adeo ꝙ si vellē illos cābire i tra hac vel alis
alienare: nō p pluri possem eos distrahe
re qꝫ p .liiij. huius patrie. ⁊ si vellem eos p me
vel aliū in aliaz terrā ducere tātas cogerer
soluendū illos centū nō esset ibi venditio. q tunc B. etiā nō cōmutat equū p pecuniā sed p iure pcipiendi p aliquot ptes tēporis. scʒ p q̄ttuor annos illā pecuniā. Dicendū q in illa venditiōe equi sunt implicite duo cōtractus. Primus est venditio p pecunia scʒ. c. florē. Secundus est mutuum p q̄nto illos. c. florē. sibi debitos vt p̄dixi nō mox exigit: sed dimittit apud emptorē in q̄ ei eos mutuat. Octauo sic: aliquis licite pōt alteri p seruitijs sibi impēsis vel impendēdis assignare q̄d annuum etiā in pecunia. Itē pōt alteri dono dare seu donare redditū pecuniariū sicut cōtingere pōt q q̄s se obliget ad dandū p totā vitā suam vel etiā p omne tps suū ꝛ successorum suoꝝ omni anno vnū solidū alicui loco pio aut fraternitati vel ecclie ꝛ hmōi. igit etiā talis potuisset illū vel cōsimilem redditū pecuniariū alteri p p̄cio cōmutasse. tenet ꝯña. Primo: q nulla rō diuersitatis appareret cū ille reddit⁹ sit idē cuicūq cōparet aut q̄cūq via transferat in aliū. Nā dato q in primo casu fieret annex⁹ spūalibus. et sic post translationē imemibilis: tñ ante illā translationē nondū fuit annexus talibus. igit tunc potuisset illū etiā p p̄cio trāstulisse. Scdo. q si nō obstāte illa ꝯsequētia dicat oppositū ꝯsequēs: eadē rōne posset teneri q nullū equū quē tibi potui donare possem tibi vendere. Nono sic. Si ego donassem tibi i redditū pecuniarium tu illū posses vendere ꝛ aliq̄s a te posset emere vt ꝯcedūt aduersarij. ergo eadeʒ rōne añq̄ tibi i cum donauerā potuissem tibi vel illi alteri vendidisse. tenet ꝯña tripliciter. Primo q nulla est rō diuersitatis inter me habere illū redditū anteq̄ cum tibi donaui ꝛ te habere qñ tibi donaui: nisi q post donationē tu habes eū formaliter et expresse: ego vero habebā eum virtualiter et causaliter. Ille aūt mod⁹ habēdi nō p̄t illā differentiā facere vt tibi liceat illū vendere ꝛ mihi illud nō licuisset. Secundo p batur a simili. si habes vsufructū formalē in p̄dijs meis quē ego tibi donaui ego habui virtualē vel causalē in eisdē anteq̄ euʒ tibi donaui. et ego eundē formalē quē in te transtuli dono: potuissem in te transtulisse venditiōe. igit etiā sic est hic de redditu formaliter habito p te ꝛ p me virtualiter habito. Tertio pbat. q si nō obstante illa ꝯña: nihilominus negeȼ ꝯñs. eadē fronte posset teneri q equū quē tibi donaui tu vendere posses ꝛ ego eū tibi vēdidisse nō potuissem. Decimo pōt hec ꝯclusio etiam pbari p septimā pbationē p̄me cōclusionis hui⁹ q̄stionis: eo q illoꝝ pontificū approbatio facta est specifice de emptione reddit⁹ pecuniarij. vt patebit i qōe. lxxxij.

Correlariū sequitur q nō p̄t subsistere sñia p̄dicti doc. solēnis Hein. gandensis: q̄ ꝛ doctor oīa sciēs aliq̄n dr (forte q tā de philosophicis q̄ theologicis: speculatiuis ꝛ practicis: scolasticis: ac moralibꝰ ꝛ cōsultorijs materijs tractare ꝛ scribere studuit vt i suis q̄dlib. pʒ) Hic inq̄ in q̄dlib. suis q̄dlib. viij. q. xxij. cum damnasset emptionē redditus siue ppetui siue ad vitā tāq̄ vsurarium mutuū: nec in vllo eas emptiōes differre censuit nisi (vt inq̄t) q maior est cupiditas amplius recipiēdi in emptiōe redditus ppetui q̄ in emptiōe vitalitij. tandem forte q vidit nō posse cōdemnare illū cōtractū oīno. s. tam in se q̄ in sibi similibꝰ. et tā immediate q̄ mediate factū. ideo quosdam ꝯtractus ei similes ꝛ intermedios ad eū admittit: ꝛ tñ ex illoꝝ admissione pōt cōcludi ꝓpositū nostrū. scʒ q etiam emptio redditus siue ppetui siue ad vitā etiā immediate facta sit admittenda. Ait inquā sic. Emptio redditus perpetui siue ad vitam non est emptio: licet sic soleat appellari. q extrema huius cōtractus per se sunt pecunia simul data ꝛ p q̄ttas recipienda: sed est purum mutuū. si eñ esset emptio ꝛ venditio ꝛ vere possʒ dici q pro pecunia emereȼ reddit⁹: oporteret interuenire aliū cōtractum. immo duos cōtractus circa rem aliam q̄ per se nata est esse extremū emptiōis et venditionis vt res illa (sicut fund⁹ vel mēsura terre: vel signata et determinata vel indeterminata in maiori mēsura terre contenta) primo p pecunia ematur: et deinde pro aliqua quotta pecunie annuatim vel ad vitā vel ad perpetuū reuendaȼ: vel hereditarie cōcedatur. vel quotta hmōi a tali ematur cui debeȼ iure venditiōis. puta ei qui fundum vel mensurā vendidit cōmunitati alicuius ciuitatis vel domui religiosorū annuatim in perpetuū reddēda.

aut dat ꝓprietatē reseruādo sibi ꝓ vsu illos redditus. Si igit̄ velit illos reddit⁹ vendere ⁊ oē ius qđ habet in eis: licitū est eos alteri emere. nec reputat̄ dare pecuniā pro redditib⁹: sꝫ ꝑ iure tꝑali qđ ille habuit i recipiendo. et reputant̄ eadē persona vt vēditionē quā fecit primus reputet̄ fecisse secundus. Unde istis duobus modis licet emere redditus siue ꝑpetuos siue ad vitā sine peccato. nec emunt̄ redditus nisi in recōpensationē alterius rei in quā ꝑ emptionem et venditionē res data ab emente eā potuit cōmutari vt nō ꝓprie emant̄ redditus vel pecunia ꝑ pecunia: sed pro re alia. Unde in similib⁹ factis ex solo mō cōtractus vnū licet fieri: aliud nō licet. vt si aliquis vendit fundum suū ꝑ aliqua quotta pecunie in perpetuū soluende. vel cōcedit ꝓprietatē: et retinet tm̄ ꝑ vsu et velit alteri cōcedere ꝑ certa pecunie summa omē ius qđ habet in recipiendo illā quottam: bene licet emere. si vero alius habens consimilem fundū velit ꝑ tanta summa pecunie obligare fundū suum ad soluendū eq̄lem quottā in ꝑpetuos redditus: nō licet. quia hic nulli⁹ rei est venditio: sed sola obligatio fundi in pignus. Sed si iste ꝑmo emeret fundū ita q̄ suus esset posset licite cōcedere vel reuendere eundē ꝑ predicta q̄tta annuatim recipiēda. Hec ille. Sꝫ ista sententia impugnari potest multipliciter: ⁊ hoc. vij. vijs. Primo: quoniā nō vtrūq; extremū est pecunia in cōtractu illo. vt patuit in prima ratione. Secundo: quia ille cōtractus nō est mutuū: eo q̄ irreuocabiliter datur pecunia. Tertio: quia dicit q̄ ad hoc q̄ illa cōmutatio esset emptio dicēda oporteret interuenire aliū cōtractum ⁊c̄. ergo innuit q̄ si interueniat ille alius vel alij cōtractus: poterit illa cōmutatio dici emptio. igitur aliqua emptio redditus ꝑpetui vel ad vitam est emptio in re. ⁊ sic aliqua talis erit ex genere iustus cōtractus. Quarto: q̄ cum fundamentum suum sit q̄ pecunia que videt̄ hic esse vtrobiq; extremū: nō possit emi ⁊ ita oporteat aliquid aliud prius interuenire quod emi possit. ergo saltē emptio redditus fructuarij q̄ nō est pecunia. sed est vel ius ꝑcipiendi fructus: vel vt ipe diceret est ipi fructus ꝑ q̄ttas recipiēdi: non esset illicita

Quinto q̄ cū dicit: si igit̄ velit illos redditus vēdere ⁊c̄. ꝯcedit q̄ ille q̄ acquisiuit redditū pecuniariū: nō ꝑ pecuniā quā pro eo dat: sed per fundū suuꝫ quē alteri ꝑ tali pecuniario reddititu: seu (qđ idē est apud illum) dat rem ꝑ tali quotta pecunie: pt eū alicui tertio vendere. ⁊ ille tertius potest eum emere. igit̄ ꝯcedit ꝓpositū. Nec valet duplex euasio quā mox ad respondenduꝫ huic tacite obiectioni subiungit dicēs. q̄ talis: puta ille tertius emens non dat pecuniā ꝑ illis reddit ib⁹ sed ꝑ iure temporali: quod ille habuit i recipiēdo. Nā si dat pecuniā ꝑ illo iure tꝑali qđ alius habuit. igit̄ dat ꝑ redditu. q̄ illud ius qđ ali⁹ habuit et qđ in illū tertiū transtulit: nihil aliud est ⁊ fuit nisi redditus pecuniari⁹: quia redditus pecuniari⁹ nihil est nisi ius percipiēdi ⁊ recipiēdi illā summā pecunie annuatim: qđ ius merito vocat tꝑale. q̄a est res tꝑalis: sic q̄ nō est spūalis in se. q̄uis si redditus sit ꝑpetuus: nō dicat̄ tꝑalis i. duraturus ad tempus breue vel ad vitā hominis: tm̄ est tꝑalis. i. res nō spūalis. Similiter nō valet alia respōsio ad illā obiectionē q̄n dicit q̄ in illo casu non emunt̄ redditus nisi in recōpensationē ⁊c̄. Nam hoc cōcedendo ꝯcedit ꝓpositū. ptꝫ in simili Si em̄ tu habeas fundū ⁊ eū des iohāni vt iohēs det tibi librū suū: si tūc ego dem tibi certū preciū ꝑ libro vere dicor emere librū. nō obstante q̄ dem illud tibi in recōpensam illi⁹ fundi quē ꝑ illo libro dedisti: vt sic recōpenset̄ tibi fundus tuus loco cuius librū receperas: et ita q̄ vere rōni ⁊ nomini vel appellationi emptionis relate ad tuū librū nō obstat si ex anio vellē illā meam pecuniā dedisse respectiue ad fūdū: vt mediante fundo recōpensato acquirerem ius qđ tu tibi ꝓcurasti mediante eodē fundo Sexto q̄ q̄ necessitas ad hoc q̄ ego acquirā ius vel redditū quem tu tibi per fundum ꝓcurasti: q̄ oporteat me etiam ꝑ eandem viam ꝓcedere q̄ tu tibi acquisiuisti. puta q̄ oporteat me pecuniā meā respectiue dare ꝑ eodē fundo q̄si fingam me velle habere fundū vt sic attingam illud ius qđ tu mediante eodē acq̄sisti. nā scio q̄ nūq̄ ille fundus erit meus. immo nec vellē habere fundū illuꝫ sed tm̄ q̄ro vsufructū: vel aliq̄d sile eidē qđ vel quē tu illo mediante

acquisiuisti ꝛ obtinuisti. Septimo: q͛a si fundū tuū alicui alteri assignasti ꝛ vendidisti ꝑ aliq̄tta pecunie annuatim tibi assignanda: nō est fund⁹ ampl⁹ tuus ꝛ stat q̄ nullaten⁹ sit venalis illi alteri. ergo tu recipiēdo a me p̄cium vt aliquottā pecunie tibi debitā mihi assignes: nō poteris illud preciū recipere respectiue ad fundū. alioquin reciperes q̄d ꝑ eo qd̄ amplius nō ē tuū et pro eo qd̄ nō potes in alium trāsferre. Octauo: q꞉ tibi licuit fundū tuū immediate dare ꝑ tali redditu seu aliquotta annua. ergo etiā liceret mihi meū fundū tibi ꝑ tali aliquotta seu redditu immediate dare sine priori respectu ad fundū tuum ꝑ quē originaliter acq̄sisti tuū redditū. et si sic igit͛ etiā valorē fundi mei potero immediate dare ꝑ illa tua aliquotta seu redditu. modo certū preciū ē valor mei fundi. igit͛.

Si dicens. ꝯcedo primū ꝯn̄s ꝛ ꝯsequentiam. sed nego secundā ꝯsequentiā ꝛ eius cōsequens. et ratio diuersitatis est. q꞉ tu⁹ fundus nō est pecunia: ideo potes eū dare ꝑ tali mea aliquotta pecunie: nō sic pōt pecunia valens tuū fundū dari ꝑ illa aliquotta: q꞉ sic pecunia datur ꝑ pecunia.

Cōtra dupliciter. q꞉ eadē rōne defensaretur vsura. q꞉ si mutuo tibi pecuniā vt eā mihi restituas ꝛ vltra hoc assignes nō eādem pecuniā aliquā sed rem aliam: nō poterit dici q̄ dederim pecuniā ad hoc vt germinet mihi pecuniā vel vt lucret͛ pecuniā sed tm̄ rem distinctā a pecunia: ꝛ tm̄ mox dicet͛ q̄ hoc nō obstante est vsura. q꞉ saltē illud lucrū est equalens pecunie. igit͛ etiā sic erit hic. q̄ si nō licet mihi pecuniam tibi immediate dare ꝑ tua aliquotta tūc etiam nō licebit id qd̄ equalet pecunie dare pro eadē aliquotta. Idem etiā ꝑꝫ in materia symonie vbi sicut nō licet dare pecuniā vt preciū ꝑ spirituali: sic nec licet aliud tēporale equiualēs p̄cio dare pro eodē. Scd̄o q̄ tunc si haberes floreū. nō possem illū a te acquirere ꝑ moneta parua nisi habendo oculū ad aliquā rem olim tuā quā dedisses ꝑ illo floreū. et sic sequeret͛ primo q̄ oporteret me prius inq̄rere si ꝛ ꝑ q̄ re dasti acquisiuisses illū floreū. vt sic ad illā rem haberē oculū cordis. Scd̄o q̄ si illū florenū acq̄sisses ꝑ aliq̄ re ꝑ te alteri data. vt puta q̄ esset tibi donat⁹ aut a te inuentus in loco vbi ꝑ derelicto esset habit⁹ nō possem illū a te acquirere ꝑ moneta. Nono q꞉ ꝑ re que sciēter nec est tua nec vnq̄ꝫ fiet tua: nō potes q̄d emere licite. emptor enī tenet͛ preciū facere de dn̄io vēditoris. mō fundus olim tuus ad quē dic͛ me debere h̄re oculū in dādo tibi preciū: vt sic ꝑ illo fundo acquirā tuū redditū vel aliquottam: non est nec vnq̄ꝫ fiet tuus vt possibile est. quō igit͛ poteris sana ꝯsciētia respectiue ꝑ illo recipe p̄ciū: et quō ego sana cōsciētia potero dicere q̄ illū tuū redditum acquisierim ꝑ hoc q̄ dederim p̄ciū ꝑ eodē fundo quē prius ꝑ illo redditu dederas

Decimo et ꝑ ꝯfirmatione q̄nte īpugnationis argui͛. q꞉ sequeret͛ q̄ nō diceret͛ q̄s emere officiū ecclesiasticū q̄n daret p̄ciū ꝑ bn̄ficio qd̄ est annexū illi officio. qd̄ tm̄ taliter est ei annexū q̄ acq̄sito bn̄ficio etiam habet͛ officiū etiā si finaliter intenderet ꝑ illam viā acquirere illud officium: ꝛ sic nō esset symoniacus symonia iure diuino sꝫ tm̄ iure humano prohibita. Probat͛. nam eodē mō diceret͛ q̄ suā pecuniā nō dat respectiue ad officiū sed ad bn̄ficiū: licet intenderet illo acq̄sito etiā acquirere officiū saltē de facto. sicut ꝛ de facto tm̄ acq̄rit vel tenet beneficiū. Et q̄nus forte euaderes dicendo q̄ emens villā cui est annexū iuspatronatus hic etiā si intēdat habere illō annexum: nō tm̄ dat preciū mai⁹ q̄ꝫ villa valeat: nō cōmittit symoniā. et tm̄ simul acq̄rit iuspatronatus: sic hic. et tm̄ si respectiue ad illud ius dedisset: etiā i vno denario plus vel partē illius p̄cij iam esset symonia. Et hoc videt͛ voluisse Hen. q̄n dicit. Vn̄ in similibꝫ factis ꝛc̄. Sed de hoc lati⁹ habet videri ī tractatu de symonia. Undecīo Nō minus licitū est vt a te recipiā preciū et tibi assignē rē q̄ mea est: ꝛ rem q̄ cōtinet͛ in re q̄ adhuc mea est q̄ꝫ q̄ tibi ꝑ illo p̄cio assignem rē q̄ mea nō est: et rē q̄ mea q̄dem est ꝛ ꝯtenta fuit in re q̄ mea fuit: sed amplius nō est mea. mō si meū fundū vendidi ciuitati ꝑ aliquotta pecunie seu redditu pecuniario: fundus nō est ampl⁹ meus: ꝛ licet illa aliquotta vel reddit⁹ sit mei: q̄ redditus aliq̄ mō cōtinebat͛ in illo fundo per equiualentiā valoris: eo q̄ et fundo potui acquirere illā aliquottā: tm̄ ille fund⁹ nunc nō est meus. ꝛ tm̄ s̄m tuā opinionē: si ego

tibi p p̄cio tuo qd̄ mihi das respectiue immediate p illo fundo: ⁊ ꝯsequēter pro aliquotta ex eo p me obtēta: licite tibi illā aliquottā assigno. Igit̄ non min⁹ sed magis potero p eodē p̄cio: si idcꝫ fundus adhuc manet me⁹ q̄ ad ꝓprietatē respectiue tibi assignare p̄dictā aliquottā q̄ virtualiter includit̄ in meo fundo: eo ꝙ in ꝓprietate illi⁹ fundi causaliter includit vsufruct⁹ equalens illi aliquotte. oppositū eni sentire est sentire q̄ñ nō possem tibi vsufructū arboris vēdere nisi prius a me alienassem arborē reseruato mihi illo vsufructu: qd̄ ē falsū

Duodecimo nō est verū ꝙ in tali casu nō sit vēditio alicu⁹ rei: q̄ñ scꝫ fundus remanet meus. nā ius ꝑcipiendi fruct⁹ fundi i se vl' in sibi equalenti: scꝫ pecunia. hoc inquā ius tibi vendo ⁊ illud non est nihil. al's etiā tu q̄ñ alienabas a te fundū tuum p tali iure dedisses eū p nihilo. Nec oportet dicere ꝙ ipignerē illū fundū alicui De hoc tñ an posset dici ꝙ essꝫ ibi impigneratio patuit in simili in q̄stione. xxxiiij.

Quarta cōclusio. Emptio redditus siue pecuniarij siue fructuarij p̄dial' seu ꝯstituti i reb⁹ vl' p̄dijs cōstituentis est licita de se seu ex gn̄e. Probatur. Emptio vtriusqꝫ est licita vt ꝓbatum est. ergo emptio vtriusqꝫ alicubi ꝯstituti est licita. Mō nō cōstituit̄ vllus redditus nisi in reb⁹ vel in ꝑsona. igit̄ emptio vtriusqꝫ erit licita. ⁊ hoc cōstituti in reb⁹ vl' ꝑsonis. mō magis videt̄ emptio illius q̄ ē cōstitutus in reb⁹ esse licita q̄ȝ illius qui est cōstitutus in ꝑsona. igit̄ cōclusio vera. Vltima ꝓpositio ꝓbat̄. q: quicūqꝫ ꝯcesserunt posse emi vtrūqꝫ redditū: cōcesserūt eū vt in rebus cōstitutū posse emi. sed nō oēs tales cōcesserūt ꝙ cōstitutus in ꝑsona possꝫ emi. quia plures negauerūt etiaꝫ posse cōstitui redditū in persona: sed nō ecōtra. nā qui cōcesserunt in personis cōstitutū redditum posse emi: etiā multo magis ꝯcesserūt ꝯstitutū in reb⁹ posse emi.

Quinta cōclusio. Emptio redditus fructuarij personalis seu constituti in persona etiam est de se seu ex genere licita. Probatur dupliciter. Primo sic. q: ꝑsona hominis est nata importare res vtiles quas voco fructus. scꝫ operas: labores ⁊ hmōi. et hec sunt estimabiles precio. quia etiā illas potest q̄s vendere: vt patet in locantib⁹ opas et inde p̄cium vel locagiū recipientib⁹. Tūc argui sic. Ius ꝑcipiendi illas opas et fruct⁹ personales cōstitutū in ꝑsona hoīs est res vere tpalis ⁊c̄. et deduc sicut deductum est de redditu in genere ꝯsiderato in prima ꝓbatione prime ꝯclusionis hui⁹ q̄stionis. Secundo: quia si nō posset licite emi: maxime q: nō pōt q̄s licite illud ius vel redditum talē ꝯstituere in ꝑsona sua: ⁊ maxime p p̄cio ⁊ per viā venditiōis eo ꝙ talis videt̄ personā suā subijcere seruituti etiā p p̄cio: eo ꝙ illa cōstitutio aliquo mō sapit naturam seruitutis. et sic etiā eadem rōne econtra nō licite posset quis velle sibi cōstitui tale ius: ⁊ maxime p p̄cio ⁊ per viam emptionis. Modo vt patuit q̄stione. lxxiiij. licite potest q̄s cōstituere talē redditum in ꝑsona sua. et si gratuite pōt eum alteri cōstituere: pōt etiā pro p̄cio cōstituere. q: ille redditus est res vere tpalis ⁊c̄. vt prius in prima ꝓbatione.

Sexta cōclusio. Emptio redditus pecuniarij cōstituti in ꝑsona etiā est de se seu ex genere licita. ꝓbatur dupliciter. Primo sic. q: emptio fructuarij redditus cōstituti in ꝑsona est de se licita: igit̄ etiā pecuniarij. tenet ꝯsequentia. q: illi duo adeo equiualēt ꝙ vbi vn⁹ pōt cōstitui ibi etiā alter. et sicut vnus est vere temporalis ⁊ ꝓphanus nec sp̄ualis intrinsece nec annexus sp̄ualib⁹: sic etiā alius. ideo sicut vnus est emibilis ita et alter. Secundo sic. q: si nō: maxime ꝓpter sequēs motiuum. scꝫ q: talis emptio esset palliū vsurae mutuationis. ergo p̄sumptiue essꝫ peccatum vsure: ḡ esset illicita. Añs illi⁹ motiui ꝓbaret̄ sic. q: q̄ mutuare vellet. c. floř. alicui ad vsuras diceret mutuatario: n̄ mutuo tibi illā pecuniā sꝫ emo sup te redditū pecuniariū. viij. vel. x. floř. quē mihi debebis dare tāto tpe. puta. x. annis. infra qd̄ tps p̄sūptū esset verisile ꝙ mutuator recipiet sortē suā: ⁊ lōge etiā vltra sortē. Pria ꝯña illi⁹ motiui p3 de se. Scd̄a ꝓbat̄. q: actus p̄sumptiue mal⁹ habet spēm mali. oīs aūt act⁹ hn̄s spēm mali est illicit⁹. q: ꝓhibit⁹: dicente apl'o. Ab oī specie mala abstinete vos. Mō h motiuū nō ꝓcedit ꝯtra sextā ꝯclusionē. p3 tripli'r. Primo q: q̄uis p̄dict

q emptio reddit⁹ pecuniarij in psona ɔsti tuti cū certis circūstātijs facta sit illicita: ñ aūt q in gñe sit illicita: sic q nō possit etiā alijs circūstātijs vestiri vt fiat licita. Nā p dicta emptio ñ pt psumi q sit vsuraria nisi certis circūstātijs accedētib⁹. nec vsurari⁹ volēs mutuationē vsurariā palliare: poterit eā palliare p emptionē pdictā nisi put certis circūstātijs est vestita. puta qñ emendo redditū ad determiatū tps emeret tantū redditū z ad tantū tps q verisilr essz cū sorte z lōge vltra sortē pcipe infra illō tps put de h lati⁹ i sequēti qōe patebit. sec⁹ āt qñ ad tale tps determinatū vl' indeterminatū emeret q nō adesset pdicta verisilitudo Scdo: qz si h motiuū pcederet: etiā cōcluderet ɔ qrtā z quintā ɔclusionē. qz etiā ibi vsurari⁹ diceret. nō mutuo tibi illā pecuniam sed p modū pcij ipam tibi dando emo redditū fructuariū in reb⁹ vl' in psona tua ɔstitutū ad certū tps pcipiendū. infra qō verisilr esset pcepturus sortē z lōge vltra. Tertio qz etiā ɔcluderet q ñ liceret alicui ɔducere psonā alteri⁹ ad laborandū sibi p certa pecunia: qz diceret q essz palliū mutuatiōis vsurarie: eo q cōductor sub noīe mercedis ɔducticie mutuat pecuniā ɔducto z exigit ab eo tot z tātas opas vl' tanto tpe q verisilr pcipiet valorē sortis mutuate z lōge vltra. Et hec due ɔclusiōes loquūt de redditu ɔstituto i psona ñ distiguēdo l' specialit descēdēdo ad psonā in q ɔstitut⁹ sit ille reddit⁹. scz an in psona ipi⁹ vēditoris an in aliq alia psona sit ɔstitut⁹. z qz aliq nō negāt h qñ ille reddit⁹ ē cōstitut⁹ i aliq psona alia ab ipo vēditore vt i suo vēditore aut in aliq alio: sz difficultatē faciūt si sit ille reddit⁹ cōstitut⁹ in ipo met vēditore saltē de nouo. puta occurrēte emptōe cui⁹ occasiōe iā pmū ɔstituit. Nā vt dicūt tūc emptio ex⁹ videt illicita. z illi⁹ opinionis videt fuisse Inno. Cōtra igit illos ex pdicta cā et etiā ex quadā alia causa q tangit in sequēti ɔclusione ponēda est

Septima ɔclusio. Due cōclusiones imediate pcedētes etiā vere sūt si ɔstitut⁹ sit ipe reddit⁹ psonalis i ipo met vēditore. pbat. qz pbatiōes pbantes duas pcedentes ɔclusiōes ꝗ pcedūt de vno casu sic de alio: ita q vtrāq pñt applicari. et iō sic de vno ɔcludūt sic de alio. Motiuū autē pdictoꝝ fuit idē qō tāgit in sexta ɔclusiōe. z sic illō ibidē ñ pcedit sic nec i pñti casu. nec Inno. fuisse videt illi⁹ opiniōis sine additiōe. nā ipe loquit qñ vēditor i psona sua ɔstitueret redditū vl' actiōz talē. scz q se obligat ad plus dandū vel in pecūia vel in re vtili q̄ recepерit. z sic videt tm̄ loq de casu scde ɔclusiōis sequētis qst. ō q ibidē. Scda cā q̄re illa ɔcl'o ponit ē. qz Panor. i suis disputatiōnib⁹ disputatōe. v. vbi iustificat ɔtractū q qs etiā i seipo ɔstituit etiā de nouo redditū z eū alteri assigt p pecūia dicit q talis ɔtract⁹ nō ē emptio: ita q ɔstituēs sic redditū nō dr vēdere qd alteri: nec ali⁹ emere eo q ibi nō est merx. qz si ipe ɔstituēs sup se redditū diceret eū vēdere: aut vēderet psonā suā: aut ius in psonā suā. z neutꝝ pt dici. qz nēo est dn̄s mēbroꝝ suoꝝ. z dic h mō intelligēdū dictū Inno. z ɔseqnt dic q pdict⁹ vēditor pt obligare se ad dandū qlibet āno certā qntitatē. z h p stipulatiōz siue ad certū siue ad incertū tps siue ad ppetuū. z nō solū ex cā donatiōis: sz etiā ex cā pecunie recepte vel recipiēde. Sz h dictū deficit tripliciter. Primo qz reddit⁹ ē res emibil': vt ostēdi in ɔcl'oe pma. z ipe cōstituit sup se redditū. igit ibi reperit merx. minor ptz. qz tu ɔcedis q pōt se obligare ad dandū annuatim vnā q̄titatē pecūie: mō obligatōi i illo obligato vl' obligāte se correspōdet ius i illo cui obligat l' cui se obligat. Si eñ obligo me tibi ad dandū qd annuum: tu hēs ius exigēdi illō a me sic dr cōiter obligatio est mr actōis. actio aūt ē ius exigēdi aliqd vl' impetēdi aliquē sup aliq. illud āt ius nō ē nisi reddit⁹. igit Scdo qz suppōit falsuz. s. q psona libera nō possit se vēdere: z q ñ possit ēt alicui ɔstituere ius ad psonā suā vendēdo illud ius alicui. h eñ est sufficient' aꝓbatū in qōe. lxxiiij. Nullā igit facio driam in h qn aliqs sup psonā suā ꝓpriā possit licite ɔstituere redditū z ɔcedere illū redditū alteri. i. ɔcedere sibi ius exigēdi ab eo aliqd annuū z q hoc nō tenet grats facere. imo q pt p pecunia ei illud ius ɔcedere. vñ dicēdū q illō ius est res emibil'. Tertio deficit. qz dic Innocen. intellexisse suū dictū ad illū sensum. s. q nō cōtraheret tūc ɔtractu emptionis et vendutiōis: sed hec nō fuit ei⁹ intentio. p

batur dupliciter. Primo qz tūc dicēdo q
oīno illicitū videt q ille idē q dicit vendi
toꝛ in se ɔstituat redditū vel actionē: non
fuisset opus addere dicēdo: qua se obligat
ad plus dandū in pecunia vel in specie seu
re vtili, q̄ꝫ recepit: sic tñ Innocenti⁹ addi-
dit. qz siue plus siue eq̄le siue minus datu-
rus esset nō posset esse venditio ɀ emptio.
Secūdo quia Innocē. nō dixisset: illici-
tum videt. sed q impossibile esset redditū
sic cōstitutū vēdere: qz ibi nulla esset merx
Vñ ad p̄dictū dictū dicendū nō fuit mo-
tus Innocenti⁹ ex hoc q ibi nō esset repe
ribilis merx. et q ideo nō posset ɔtrahi em
ptio ɀ venditio: sed mot⁹ fuit ex hoc q vē-
ditoꝛ erat datur⁹ pinguioꝛē mercē. scꝫ red
ditum: q̄ꝫ fuerit p̄ciū qđ deberet eē adeq̄
tū merci: q̄ꝫuis nō oporteat p̄ciū esse adeq̄
tum obuentionibꝫ successiue obuenturis
emptori ex merce.

Octaua ɔclusio. In q̄libꝫ illaꝝ
emptionū de qbꝫ p̄cedē
tes conclusiones sonuerūt: non refert an
reddit⁹ fuerit cōstitut⁹ ante ipam emptio-
nem: vel an iam p̄mū de nouo fuerit ɔsti
tutus occasione illius emptionis. Hec cō
clusio ponit ꝓpter aliq̄s q volebāt dicere:
q si q̄s olim cōstituisset redditū aliquē ali
cui: tunc q talē cōstitutū haberet ɀ hucus-
q̄ꝫ habuisset posset eū postea vendere. ɀ ali
quis posset eū emere. Si autē q̄s nondū
haberet vllū redditū sibi per se vel alium
ɔstitutū: sed de nouo occasione emptiōis
ad quā aliq̄s se offerret ɔstitueret illi red-
ditum: q nō liceret alicui illū emere. ɀ hu-
ic opinioni videt fauisse Innocē. qui licet
nō damnet simpliciter emptionē talis red
ditus de nouo ɔstituti: tñ dicit christianis
fore cōsulendū q ab hmōi cōtractu absti-
neant. Et idē dicit de actōne nouiter ɔsti-
tuta occasione emptiōis occurrentis. Jo.
etiā an. dicit illū esse illicitum. et vix videt
quō sine fraude talis ɔtractus fieri possit.

Cōtra illos igit ponit p̄dicta cōclusio ɀ
ꝓbat q̄druplicιter. Primo sic. qz rōnes iu
stificantes quālibet illarū emptionū de q-
bus p̄cedentes ɔclusiones sonuerūt eque
p̄cedūt de redditu iam nouiter cōstituto:
sicut de olim ɔstituto. vt pꝫ applicādo eas
ad vtrūq̄ꝫ indifferēter. igitur eque conclu
dunt de vno sicut de alio. Secūdo quia si

A. olim nō anīo vendēdi fecisset aliquod
opus artificiale: sꝫ anīo retinēdi sibi vl do
nandi: sicut etiā in effectu retinuisset illud
sibi vel donasset alicui alteri. puta B. ɀ ipi
C. liceret illud opus emere ab A. vl' a B.
q haberet illud opus: eadē rōne liceret ei-
dem emptori emere ab eodē A vl' B. simi
le opus qđ ille artifex fecisset de nouo ɀ so
lum occasione illi⁹ oblate emptionis. igit
etiā sic est de redditu olim ɔstituto et tam
nouiter cōstituto. Tertio: qz ratio cur p̄di
ctis fuit visum q emptio reddit⁹ de nouo
cōstituti esset illicita ɀ nō emptio redditus
prius cōstituti fuit ista. qz qñ de nouo cō-
stituitur redditus. scꝫ ꝓpt oblatā emptio-
nem: tūc emptio illius posset esse pallium
vsurarie mutuationis vt prius tactū est.
Videt enim ipe cōstituens de nouo reddi
tum illum assignare sub noīe mercis ven-
dere: q̄si dās pecuniā ꝓ illo ɔstituto emat
illū. cū tñ dās pecuniam in re euꝫ mutuet
et recipiēs eam cōstituēdo ei redditū noīe
mercis: obliget se ad restitutionē sortis et
incremēti. Modo hoc motiuū dupliciter
deficit. Primo qz nō procedit nisi quādo
emptio reddit⁹ nouiter cōstituti fit cū de-
terminata circumstātia: de qua patebit in
scđa ɔclusione q̄stionis sequētis. ɀ sic non
ꝓbabit nisi q aliqua emptio redditus no
uiter cōstituti sit pallium vsurarie mutua-
tionis. nō autem q emptio ipa in se vel q
quelibet emptio noui redditus sit tale pal
lium. Secundo deficit. quia si cōcluderet
tunc etiam cōcluderet q emptio redditus
olim cōstituti esset illicita. quia etiā illam
cōtingit esse pallium mutuationis vsura
rie. puta quādo ille emitur ad certū tem-
pus ɀ cum tali circumstātia de qua pate-
bit in secunda cōclusione sequentis q̄stio-
nis. Et ex hoc patet q p̄dictoꝝ doctoꝝ
dictū haberet veritatē in casu speciali seu
speciali circumstātia accedēte. vtpote qñ
preciū est nimis paruū respectu illius red
ditus nouiter cōstituti ɀ in illo cāu videt
fuisse locuti. Nam Innocen. recitata opi
nione que admittit emptionē redditus vel
actionis qui vel q nouiter cōstituitur ex-
emplificat de casu dicens. vt si dicat em-
ptoꝛ venditori. tu constitues tales reddi-
tus in tali possessione vel seruo: vel facies
q talis cōfitebitur se debere mille vsq̄ꝫ ad

ann̄u:et ego pro illis mille dabo tibi quin
gentas:⁊ postea subdit suū predictū cōsiliū
dicēs:et vere sanū est illud eius cōsilium ⁊ ne
cessario sequendū in casu p̄dicti exempli.
scʒ vbi dantur quingenta nomīe p̄cij pro
actione ad mille danda in termino vnius
anni.quia ibi ē grādis ⁊ intolerabilis dis-
proportio p̄cij ad mercem. Nā s̄m inferio-
res causas loquēdo verisimiliter emptor
leuabit in anno nō solū sortem et refusio-
nem cuiuslibet interesse sibi occurrentis ex
carentia pecunie:sed etiā longe vltra. Jo.
etiā an.idem exemplū ponit et in tali etiaʒ
casu haberet suū dictū veritatē.sec⁹ vbi il-
la disproportio nō reperit̄:ita q̄ q̄titas p̄cij
adequat̄ ipi redditui:attēta ei⁹ importātia
s̄m determinationē illi⁹ t̄pis p̄ q̄d durare
debet. Quarto p̄batur cōclusio. q̄r etiā
si iam primū cōstituitur redditus qn̄ em-
ptio occurrit:adhuc ipse ꝯstituit̄ ante em-
ptionem q̄tulis nō longo t̄pe ante.ergo nō
min⁹ erit emibilis q̄ʒ si lōge ante fuisset cō
stitutus.ꝯsequētia p̄batur.q̄r si illud q̄ ad
hoc posset variationē facere tūc etiā inter
redditus olim cōstitutos esset talis varie-
tas:q̄ q̄nto aliq̄s longe ante instans em-
ptionis esset cōstitutus:tāto magis licite
posset emi:quod est falsum. Sequela p̄-
batur.quia precessisse emptionē requirit̄
s̄m te ad hoc vt emptio sit licita:et iam pri
mum cōstitui viciat eū.igit̄ q̄to min⁹ iā p̄
mū ꝯstituit̄:tāto mag̃ recedit a viciabilita
te.igit̄ magis ad licitū accedit. Ant̄s proba
tur.q̄r obiectū precedit actum.igitur si em
ptio debet fieri oportet q̄ merx q̄ emi de-
bet p̄cedat emptionē. Nec obstat q̄d sup̄
dictū q̄ res future possunt emi.quia et si il-
le res nō p̄cedant emptionē tn̄ ius ad illas
futuras res p̄cedit eā:et illud ius est merx
immediata. Itē ille reddit⁹ virtualit̄ inclu
dit̄ in dn̄io ⁊ p̄prietate ipi⁹ possessiōis in q̄
de nouo cōstituit̄.ergo saltē virtualiter
etiā longo t̄pe p̄extitit ante emptionē.et il
la virtualis p̄existentia sufficit ad hoc vt
possit habere rationem mercis. quō etiaʒ
posset dici ad illud de futuris rebus que
dicunt̄ posse emi:quia p̄existunt virtuali-
ter. Item potius deberēt p̄dicti dixisse q̄
licitum est emere redditū qui nō occasio-
ne emptionis occurrentis cōstituitur:⁊ q̄
nō est licitum emere eum qui occasiōe em-
ptionis cōstituitur:nō curando an nouit-
ter esset constitutus vel olim. et an ante
vel in emptione constitueret̄. Sed etiam
nec illa diuersitas sufficiet.q̄r sic est in aliis
mercibus q̄ si quis p̄curat aliquā mercē
adducendo vel faciendo eam:nō intentio
ne vendendi eam cuiq̄. nec ob hoc q̄ sibi
offertur emptio eam cōstituit vel facit:sed
ad sibiipi retinendū aut donandū alicui
nihilominus pōt mutato animo eā ven-
dere:et cum hoc etiā cū a principio eā for-
mat aut adducit:pōt eā sola occasione ob
late emptionis cōstituere ⁊ adducere.

Nona conclusio. Cōclusiōes iusti
ficantes emptiones reddi-
tuum sunt vere: nō distinguendo an ipse
redditus sit certus an nō.et loquor de cer
titudine ⁊ incertitudine q̄ntitatis. puta si-
ue venditor sit obligat⁹ ad dandū annua-
tim duos modios fructuū illius p̄dij.vel
duos florenū.leuabiles de fructib⁹ illi⁹ agri
et sic redditus ē certus:siue venditor sit ob
ligatus ad dandū tertiam partē fructuuʒ
illius predij.vel ad dandum tertiam par-
tem pecunie quā leuare cōtin get de fructi
bus illius predij:et sic redditus est incer-
tus. Et eodem modo potest exemplificari
de redditu in persona cōstituto. puta:siue
venditor redditus p̄sonalis sit obligatus
ad ip̄endēdū emptori annuatī tot determi
natas operas diurnas.vl̄ tot denarios le
uabiles de illis operis.et sic erit redditus
personalis certus:siue sit obligat⁹ ad im-
pendendum emptori annuatim medieta-
tem operarū quas poterit facere.vel me-
dietatē pecunie leuabilis de illis operis.
Probat̄ igit̄ ꝯclusio.q̄r rōnes p̄dictaꝝ cō
clusionū eque p̄nt applicari ad certū reddi
tum:sicut ad incertū ⁊ ecōtra.igit̄ sicut cō-
cludūt de aliq̄ illoꝝ ita de vtroq̄.

Decima cōclusio. Q̄d dictū est
de redditu in q̄tuor vl
timis cōclusionib⁹.scʒ siue fructuario siue
pecuniario in p̄sona ꝯstituto.⁊ h̄ siue an̄
ꝯtractū siue i ꝯtractu.et hoc siue in p̄sona
venditoris siue in alia persona cōstituto.
Idem intelligendum est de actione:ita q̄
est etiam licitum alicui emere actionē quā
tu habes cōtra B.siue actio sit ad pecu-
niam siue ad fructus:siue illa cōpetierit ti
bi ante illam emptionē siue iam primam

occasiõe illi⁹ oblate emptiõis sit cõstituta. et h siue in psona ppria vendẽtis siue i alia persona. Probat. qr rões vtrobiq eodẽ mõ pcludũt. vt ptz intuenti. Sz qr actio equalet redditui tpali determiata tpalitate, iõ de emptiõe actiõis latius dicet in sequẽti qstione. vbi de emptiõe tpalis redditus agek: z noiatim de illa actione agek in iiij. cl⁹ pclusione.

Contra predictas pclusiões posset multiplr argui: sed illa argumẽta tangent sufficiẽter in sequẽtibus qstionib: vbi specialik tractabik de aliquoz redditũ emptiõib q etiã huc possunt applicari. Pro nũc tñ arguik ptra primã pclusionẽ sic. Cõtract⁹ vsurari⁹ est illicitus ex certis causis tact qstione. xxij. quarum vna est. qr ex ea sequik q hoies nõ intenderẽt agriculture: z psequẽter induceretur charistia z cruciarẽt paupes put diffuse fuit deductũ ibidẽ i scda pclusiõe. Nõ ille cause vl' rões eque hñt locũ i emptiõe redditũ: vt patz p eas discurrẽdo. igik eq erit illicita. tenet pña. qr vbi eadẽ rõ: ibi eadem iuris dispositio. Dicendũ q ad emptionẽ reddituũ si fiat cũ illis circũstãtijs cũ qb oz illa emptio vltra bonitatẽ genericã vestiri: nõ seqk q hoies illi q deberẽt z qs expediret intẽdere agriculture deserãt agriculturã: sz p h solũ illi ñ intendẽt ei qs decet z expediẽs est nõ intẽdere ei, sed potius alijs vtilitatib reipublice intendere: adeo q maior vtilitas est reipublice q tales nõ intendãt agriculture q q intendãt cuiusmodi sũt illi de aliq illoz qnq generum hoim. de qb sup qõne. lxxiij. dictũ ẽ. Vñ qus emptio reddituũ sit ex gñe licita ñ tñ ex circũstãtia qñ passim fit a qcũq Deb lati⁹ patebit in specialib emptiõib reddituũ. scz victalicioz z ppetuoz. scz qstione. lxxxj. pclusione scda z tertia. z silr qstione. lxxxiij. etiã scda z tertia pclusionib

Et si dicas: ita etiã defensarek contract⁹ vsurari⁹. scz qñ fieret p tales psonas qbus dicis cõgruere emptionẽ reddituũ. Rñdetur. nõ est silr. qr vsurarius ptractus ẽ phibitus lege diuia z naturali: nõ aũt emptio reddituũ. Nec sequik. vtile est z decens q ille psone sustentenk z licite pñt sustentari p illũ cõtractũ z alius cõtractus idẽ faceret. igik etiã per illũ alium pñt licite sustentari. patet in simili. Decẽs eñ est clericos sustẽtari tpalib eis in stipendiũ ad grãtias z possent etiã sustẽtari qñ illa tpalia essent p'ceuũ officioz assignarenk. vel qñ de rapinis sustentarenk. igik si licite pmo mõ pñt sustentari etiã secũdo mõ licitũ erit. nõ valet argumentũ. Vñ ad boni finis cõsecutionẽ nõ sunt eligẽda qcũq media: etiã qbus cõtingeret illũ finẽ de facto obtinere ita efficaciter sicut per alia.

Secundo arguik sic. Cõtract⁹ ille est illicit⁹ q admisso extinguik pietas z miscõia fidelium ad indigẽtes z paupes. emptio reddituũ ẽ hmõi. Nã si illa sit licita tunc q primũ venerit indigẽs mutuo: nemo erit q sibi mutuabit sed mox dicek ei. non mutuabo tibi gratis nec etiã sub vsuris: sed parat⁹ sum tibi subuenire p viã emptionis reddituũ sup bonis tuis vbi ad oĩe maximũ si nõ facit iniusticiaz z eum amplius grauat q pus fuerit grauat⁹: tñ nullã gratiã sibi ipẽdit z in nullo plus dat q recipiat sine villius pietatis ostensione. Vñ hoc fuit vnuz ex dãnis q ex ptractu vsurario puenĩret patuit qstione. xlviij. pclusione tertia. puta. qr extinguik charitas inter hoies ptrahentes. quia neuter ptrahentiũ alteri impendit quicq gratuito et sine equalis redhibitiõe. Dicendũ qdrupliciter. Primo retorquẽdo cõtra arguentẽ. Nã eque p ipm cõcluderek q emptio pdiorum z quarumcũq bonoz immobiliũ et etiã mobilium esset illicita. qr admissa illa extinguitur pietas zc. Nã q primũ venit indigẽs ad diuitẽ petẽs mutuũ dicet ei. nõ mutuabo tibi illã summã: sed pro ea emã predia tua vel alias res etiaz mobiles qbus ille pauper indiget. Sicut igit tũc soluenda haberes argumentũ sic etiam hic soluendum est. Secũdo igit dicendũ q differũt nõ impendere indigẽti cõtractũ gratuitũ seu pium z secum cõtrahere cõtractu q ex natura sua nõ est gratuitus: sed tñ iust⁹. Nã primũ potest esse peccatũ: et peccatũ est in casu quo est pceptũ impendere illi gratiã talẽ. Secũdũ aũt nõ est peccatũ. Exempli si idigẽs mutuo ẽ in necessitate illa qua tenet qs mutuare ẽ in pcepto: sic de h sũt qnq or vel qnq casus positi sup qõne. ... peccat mortaliter diues nolẽdo mutuare

scʒ nõ oportet q̄ peccet emendo aliquam
rem ab eo ꝑ iusto precio. sicut si mendicus
petat a pistore panẽ: pistor nolit gratis da
re peccabit pistor si est casus in q̄ elemosy
na ẽ p̄ceptũ: nec tñ peccabit ĩ vendẽdo. nã
nullã iniuriã facit ei dando equale ꝑ eq̄li.
Tertio dicendum ad formã q̄ maior esset
vera qñ de per se ꝑ illũ cõtractũ extingue⸗
ret pietas: nõ aũt si nõ ð ꝑ se sed sibi accidit
q̄ hoĩes extinguẽdo charitatẽ diuertũt ad
illũ cõtractuʒ. Quarto põt dici q̄ dato q̄
argumentũ procederet q̄ emptio illa esset
pctm̃: nõ tñ argueret nisi q̄ ex circũstãtia
est peccatuʒ. scʒ qñ q̇s emit eum ab eo cui
pecuniã gratis ꝯcedere deberet. Mõ nõ
negamꝰ quin emptio redditũ ex circum⸗
stantia possit multipliciter deprauari vt ĩ
sequentibꝫ q̄stionibus patebit.

Tertio sic. Emptio redditũ est actus periculo
sus anie. igr̃ illicitus. tenet ꝯña. q: expo⸗
nere se p̄iculo peccati mortalis est peccatũ
mortale. Juxta illð Sapiẽtis. Qui amat
p̄iculũ p̄ibit ĩ illo. et loquit̃ de p̄iculo mor
talis pcti. nemo aũt perit nisi peccet mor⸗
taliter: mõ volẽs ⁊ eligens actũ amat illũ.
igr̃. Antecedẽs ꝓbat̃. q: aliqui doctores
damnant eã vt mortalẽ ⁊ vsurariã: et plu⸗
res trepidãt eam approbare. Dicendũ: tri
plex est periculũ. scʒ ꝓbabile. eq̄libre. ⁊ im
probabile vel scrupulosum. De p̄iculo ꝓ⸗
babili et eq̄libri verũ est: q̇ amat periculũ:
peribit in illo. Si eñ ꝓbabiliter times te ĩ
aliq̄ actu peccare mortaliter. scʒ plus ip̄m
credẽs esse mortalẽ q̄ȝ nõ: vel si eque cre⸗
dis eũ esse mortalẽ sic̃ credis oppositũ: mor
taliter peccas eũ agẽdo. hoc eñ est ꝓpriam
salutẽ ꝯtemnere. sed non oportʒ de p̄iculo
improbabili ⁊ leui: vbi scʒ aliqualẽ formi⸗
dinẽ habes q̄ sit mortalis et tñ magis cre
dis q̄ sit licitus. Modo emptio redditũ
nõ est necessario p̄mo ⁊ scðo mõ periculo
sus apud oẽm ementẽ. q: plures cũ bona
fide ⁊ simpliciter credẽtes eũ eẽ licitũ emũt
non bonis rõnibꝫ vl̃ auctoritatibꝫ. Si tñ
q̇s habeat ꝓbabilẽ credulitatẽ vel equili⸗
briũ q̄ sit mortalis ille peccat mortaliter.
sed hoc accidit illi cõtractui: sic̃ leuatio fe⸗
stuce etiã põt sic fieri mortalis. Et ꝑ h̄ etiã
patet solutio ad seq̄uẽs argumentũ.

Quarto sic. In dubio est tu tior via eligẽda
ſm Augusti. Mõ dubiũ est si liceat eme⸗
re redditꝰ ⁊ nõ est dubiũ q̇n abstinere sit li
citum. igr̃ tenet̃ q̇s ad nõ emendũ: igr̃ em
ptio est illicita. Nã dicendũ est q̄ triplex ẽ
dubiũ. scʒ ꝓbabile. eq̄libre. et improbabi⸗
le. In p̄mo et scðo dubio est p̄ceptũ desere
re dubiũ ⁊ tutiorẽ viã eligere. sed ĩ tertio ẽ
cõsiliũ tñ. Inter eñ duas vias quaꝝ vtra
q̄ȝ est tuta: sic q̄ neutra est p̄iculosa p̄mo vl̃
secundo p̄iculo: vna est tutior alia. ita q̄
nullũ habet p̄iculũ etiã improbabile cõsi⸗
liũ est tutiorẽ eligere. mõ sic est in ꝓposito.

Hic potest reprobari solutio tutiorum dicen⸗
tiuʒ q̄ in foro pniali est tutior via eligẽda
licʒ durior videat̃ vt si dubitet̃ an aliq̇s ar
ticulus sit pctm̃ vl̃ nõ: tutior est q̄ illð q̇s
cõfiteat̃ ⁊ q̄ sibi imponat̃ pnia. q: ibi nul⸗
lum subest p̄iculum. nã bonaꝝ mentiũ est
ibi culpaʒ agnoscere vbi culpa nõ est. Et
idẽ ĩ foro q̄si pniali: vt qñ dubitat̃ si q̇s te⸗
neatur abstinere a ꝯtractu matrimonij: vl̃
ab altaris ministerio vel ab alio actu in q̄
dubitat̃ si subsit pctm̃ abstinendũ est: et il⸗
lud est tutius. Sed in foro ꝯtentioso de⸗
bemus semꝑ p̄sumere ⁊ interp̄tationẽ face
re ĩ meliorẽ ptẽ. s. absolutoriã Et ita simpli
citer tutiꝰ esset abstinere ab illis ꝯtractibꝫ:
tñ ex quo initi sunt illi ꝯtractus tenendũ ẽ
q̄ sint liciti. Sed hec solutio deficit dupli
citer. Primo q: ꝑ hoc nõ est defensata em⸗
ptio redditũ tãq̄ȝ licita. Nã nõ sequitur.
defensata est tãq̄ȝ licita vel nõ puniẽda vl̃
irritãda ĩ foro exteriori eo q̄ cũ sit dubiũ
eã esse illicitã potius debemus ad mitiorẽ
partem declinare: igr̃ est licita. q: arguit̃ a
ſm quid ad simpliciter. Preterea illa solu
tio tñ videt̃ illã regulã intelligere ĩ puniẽ
do actũ factum vt sit sensus si dubiũ est. si
q̇s actus sit puniendus: tunc in foro inte⸗
riori tutius est punire. et iõ puniendꝰ ẽ sed
in foro exteriori non est tutior via eligẽda
sed mitior: scʒ vt nõ puniat̃. Modo regu⸗
la etiaʒ intelligit̃ de actu nondũ facto sed
agendo vt potius abstineatur ab agendo
si est dubius q̄ȝ q̄ agatur. nõ igitur satisfa⸗
cit illa solutio regule. Secundo q: ex eo⸗
rum solutiõe sequitur q̄ illicitũ esset illos
cõtractus agere q̄ȝuis non essent punien⸗
di in foro exteriori. quia dicũt regulã intel
ligendam in foro cõscientie.

Questio. LXXX.

Utrũ emptio redditus existẽs de se seu ex genere licita cuiusmodi est q̃libet illarum de q̃bus sonuerunt ɔclusiones p̃cedẽtis q̃stionis, depravetur p hoc q̃ ille reddit⁹ est tp̃alis determinata tp̃alitate.i.soluend⁹ tm̃ ad certum numerũ annoꝝ vel tp̃m ꝛ nõ vltra: vt ad q̃nq3 vel decem annos. Et q̃ꝛ actio cõpetens alicui cõtra aliquem ad exigendũ aliquam summã pecunie vel alteri⁹ rei vtilis equalet redditui tp̃ali determinata tp̃alitate.ideo idẽ q̃rit̃ de emptõe actiõis an sit licita. Solutio q̃stionis stat in q̃nq3 cõclusionib⁹: ꝛ duoꝝ dubioꝝ solutiõib⁹: ꝛ in vno correlario. Primũ dubium tangetur ante tertiã ɔclusionẽ.scd̃m añ q̃ntã.

Prima cõclusio. Emptio de q̃ titulus sonat nõ depravat̃ p̃cise p hmõi determinatã temporalitatẽ redditus.pbat̃ dupl̃r. Primo sic.q̃ꝛ redditus sic determinat⁹ certa tp̃alitate adhuc retinet rationẽ mercis: et p ɔñs remanet adhuc obiectũ cõgruũ respectu illi⁹ actionis sc3 emptionis nõ min⁹ q̃3 si nõ esset sic determinat⁹.ita q̃ ip̃a tp̃alitas determinata nõ est ɔditio faciẽs ip̃m redditũ inemibilẽ: sicut faceret q̃ñ ille reddit⁹ esset annexus alicui sp̃uali officio: aut sic faceret aliq̃ alia silĩs ɔditio. Mõ si nõ sit sic determinatus est merx.seu res cõgrua ad terminãdum actũ emptiõis.ita q̃ actus emptiõis sup ip̃m cadẽs erit de se licitus.igit̃ etiã talis act⁹ emptionis cadẽs sup ip̃m sic determinatũ etiã erit de se vel ex genere licitus. et sic nõ depravabit̃ actus rõne illi⁹ q̃ obiectũ suũ (sc3 reddit⁹) est sic dterminatũ: sed si debeat depravari: h̃ fieri oportebit ex accessu circũstantie alteri⁹ ab illa determinata tp̃alitate reddit⁹, sicut emptio equi est licita: etiã si ille equus nõ sit victur⁹ p certo nisi ad decem annos. q̃uis possit illa emptio depravari ex pvitate p̃cij. Maior pbatur p̃ma rõne q̃ in p̃ma ɔclusione p̃cedentis q̃stionis pbatũ est redditũ abstrahentẽ ab illa determinatiõe esse rẽ emibilẽ et hr̃e rationẽ mercis.q̃ꝛ illa pbatio eque applicari põt ad redditũ sic determinatũ. Scd̃o pbat̃ hec ɔcl̃o applicãdo tertiã rõ3 eiusdẽ p̃me ɔclusiõis ad redditũ sic determinatũ: ꝛ eq̃ hr̃bit locũ ibi sicut ꝛ alibi. Tertio pbat̃ applicãdo septimã pbationẽ eiusdẽ ɔclusiõis vbi directe hr̃ q̃ꝛ vẽditio redditũ ecclie f̃cta ad tp̃s determinatũ modicũ ẽ admissa: ꝛ facta etiã ad tp̃s determinatũ nõ modicũ est admissa servat̃q3 ibidẽ expssis: q̃ admissio nõ fieret a iure canonico si tp̃alitas determinata reddit⁹ vendẽti: de p se depravaret vẽditionẽ, ꝛ si in venditiõe sic est. etiã eadẽ rõne ibidẽ emptio reddit⁹ est admissa: nõ obstãte illa determinata tp̃alitate redditus.

Secunda ɔcl̃o. Emptio de q̃ titul⁹ sonat deprauat̃ p h̃ q̃ illud tp̃s determinatũ p qd̃ soluend⁹ ẽ reddit⁹ est tm̃ vel redditus tã pinguis vl' p̃ciũ emptoris tã exiguũ q̃ verisile est s̃m cõem cursum q̃ emptor i illo tp̃e p̃cipiet nõ solũ pecuniã vl' aliã rẽ vtilẽ equalentẽ pecũie solute noĩe p̃cij: s3 etiã vltra illã summã tãtũ pcipiet q̃ etiã deducto interesse siue dãni emergẽtis siue lucri cessantis: si qd̃ tale ip̃e fuisset passus ex carentia pecunie sue noĩe p̃cij solute: ip̃e adhuc notabilit̃ vltra q̃ntitatẽ p̃cij verisil'r pcipiet i illo tp̃e. Tũc eñi emptio de q̃ in titulo ẽ depravata ex circũstãtia quõ emit. sc3 ex defectu ꝑportiõis debite p̃cij ad redditũ emptũ. Probat̃ ɔcl̃o. q̃ꝛ in tali emptiõe dat̃ p̃ciũ nimis pvũ etiã sciẽter vl' pbabilit̃. Mõ talis emptio ẽ illicita.igit̃. Maior pbat̃.q̃ꝛ tũc verisil'e est q̃ reddit⁹ ob sui pinguẽ importantiã: aut ob determiati tp̃is brevitatẽ: lõge maioris vtilitat̃ ẽ vel idoneitatis ad hũanũ vsum: nõ obstãte q̃ p ptes ꝛ intervalla tp̃is recipit̃ pventũ illi⁹ reddit⁹ q̃3 sit p̃ciũ.igit̃ ẽ maioris valoris q̃3 p̃ciũ.q̃ꝛ valor mercis attendit̃ ex ei⁹ idoneitate ad hũanũ cõmodũ ꝛ vtilitatẽ. Scd̃o aliq̃ forte pbarẽt illã ɔclusionẽ sic.q̃ꝛ ille ɔtractus ẽ palliũ mutuatiõis vsurarie. igit̃ est actus hñs sp̃em mali.igit̃ ẽ illicit⁹. vltima ɔña tenet.q̃ꝛ actus habẽs speciẽ mali ẽ phibitus.dicẽte ap̃l'o.j.ad Thim̃.v. Ab oĩ specie mala abstinete vos. Añcedẽs p̃me ɔñe pbat̃.q̃ꝛ sub illi⁹ ɔtract⁹ noĩe ꝛ intentione: q̃libet vsurari⁹ poss3 exercere excusabilit̃ mutuatõ3 vsurariã. diceret ei suo mutuatario. ne q̃n̄ tibi mutuo cẽtũ p. v. ãnos vt p illos. v. ãnos mihi des q̃lib3 coꝝ .xx. floꝛ. ꝛ p ɔñs in fine illoꝝ q̃nq3 ãnoꝝ ex toto recepisse debeã centũ ꝛ decẽ floꝛ. q̃ꝛ hoc mihi imputaret̃ vt p̃cm̃ vsure tã in foro exteriori q̃3 in foro conscientie: sed vt ego

tn vtroqꝫ foro sim tur⁹ vtaꝫ taꝫ aliȷ̃s noibꝫ ꝙ etiã alia intentiõe, aliter scꝫ loquendo ⁊ aliter referẽdo intentionẽ meã in dãdo pecuniã, puta: qꝛ ego noie ⁊ intentiõe precij do tibi illa centũ ꝑ redditu seu iure exigẽda a te q̃libet anno ex illis q̃nqꝫ annis, xxij florenũ, ita ꝙ oculũ meũ dirigã ad ipm redditũ emendũ, ⁊ lapsis illis q̃nqꝫ annis dꝫ expirasse reddit⁹ ⁊ tñ tantundeꝫ lucri hñet ꝑ vnã viã sic ꝑ aliã, ⁊ sic sp ꝯseq̃ret vsurarius suũ intentũ. Circa hãc rationẽ orit̃ vnũ dubiũ. An ꝑdicta emptio sit palliuꝫ mutuatiõis vsurarie, vt in añcedẽte assumit̃, ⁊ si sic an ꝓbatio illa sit sufficiẽs. Dicendũ ꝑ duo dicta.

Primũ dictũ. Si illud añs itelligat̃ intrãsitiue, sic scꝫ ꝙ casus ꝯclusiõis scđe sit iplicita ⁊ ẜm rem vera vsuraria mutuatio palliata noie emptiõis. Añs videt̃ falsum. Q̃uis eñ nõ sit dubiũ illũ ꝯtractũ eẽ iniquũ valde: tñ de subtilitate: imo de rigore loq̃ndo ẜm naturã ꝯtractuũ nõ est illa spẽ iniq̃tatis iniquus scꝫ vsurari⁹. Probat̃ ꝑmo sic, qꝛ i illo casu scđe ꝯclusiõis nõ est vera mutuatio, qꝛ in illo casu dãs pecuniã nõ dat eã obligãdo recipiẽtẽ ad restituẽdũ sibi post tps rẽ eiusdẽ gñis: sicͭ tñ req̃rit̃ substãtialit̃ ad verã rationẽ mutuatiõis: sꝫ ad dandũ ⁊ assignãdũ sibi mox ꝑ illa pecunia rẽ alterius gñis, scꝫ redditũ q̃ nõ est pecunia vt ꝓbatũ est, sic si dedisset illã pecuniã obligãdo eũ ad dandũ sibi mox ꝑ illa pecũia equũ multo valẽtiorẽ q̃ sit pecunia: nõ essꝫ mutuatio, qꝛ mutuatio fit cũ obligatione mutuatarij ad restituẽdũ ei idẽ in gñe: sed esset emptio licet iniqua. Et ꝯfirmat̃, quia dans pecuniã dat eã ꝑ ea re q̃ vere habet rationẽ mercis: q̃uis excessiue merc̃, ⁊ ibi sunt ꝑciũ ⁊ merx, et adest ꝯsensus vtriusqꝫ de mutua translatiõe ꝑcij ⁊ mercis, ⁊ sic sũt ibi oĩa substãtialia emptiõis. igit̃ ẽ ibi vera emptio. Assumptũ de ꝑcio ⁊ ꝯsensu pꝫ. Sed illud de merce ꝓbatur dupl̃r. qꝛ ille reddit⁹ est vere reddit⁹. Nõ supra ostendimus ꝙ reddit⁹ in cõmuni habꝫ rationẽ mercis. igit̃ q̃cũqꝫ reddit⁹ in q̃ est rõ redditus repibilis erit merx. Vñ ille etiam est eiusdẽ speciei cũ redditu tꝑali indeterminata tꝑalitate cuiusmodi ẽ vitalitiũ ⁊ etiã cũ redditu ꝑpetuo redimibili ⁊ irredimibili, sicut albedo duratura tñ ad determinatum tps est eiusdẽ speciei cũ ea q̃ est duratura tñ ad tps indeterminatũ vel ad perpetuũ. Modo nõ negat̃ illos reddit⁹ alios esse emibiles: licꝫ ꝯtingat dare ꝑcium nimis ꝑuũ. igit̃ etiã sic hic erit. Scđo idẽ ꝓbat̃. qꝛ si non haberet rationem mercis: maxime qꝛ esset nimis pinguis respectu illius pecunie: sed hoc nõ arguit eũ nõ esse mercẽ: sicut nec arguit equũ nõ esse mercẽ ꝑ q̃: cũ verisimiliter valeat centũ: do dño equi tñ. lx. q̃uis sit iniq̃ emptio. Vñ non video q̃n si dicat̃ ꝙ cõmutatio pecunie ꝑ redditu tꝑali determinata tꝑalitate vbi pecunia est nimis modica nõ sit nec maneat ꝓpter hͦ emptio siue iniq̃ siue equa: sed sit solum mutuatio: q̃n eadẽ via ꝯsequenter diceret̃ ꝙ cõmutatio pecunie ꝑ redditu ꝑpetuo vel ꝑ vitalitio vbi pecunia est nimis modica: etiã nõ esset emptio siue iniq̃ siue equa: sed esset vsuraria mutuatio. imo generaliter q̃ñcũqꝫ q̃s cõmutaret ꝑ quacũqꝫ merce pecuniã nimis modicã: nõ esset ibi cõtractus emptiõis: sed vsuraria mutuatio, ⁊ sic nũq̃ꝫ ꝯtingeret dare exemplum de emptiõe retinente rationẽ emptionis vbi ꝑciũ esset nimis paruũ.

Secundũ dictũ. Q̃uis antecedẽs ꝑdictũ sit verũ in alio sensu vno vel plꝰibꝫ, puta q̃ñ intelligit̃ trãsitiue, vt patebit enumerando tres sensus veros: tñ in nullo illoꝝ illa ꝓbatio cui⁹ est illud añs manebit efficax ad simpliciter ꝓbandũ ꝑdictã ꝯclusionẽ. Primus est ꝙ ille cõtractus ⁊ si sit ꝟa emptio et nõ vere mutuatio vsuraria: tñ est ẜm ꝑparationẽ animi ꝯtrahẽtis vsuraria mutuatio: vl̃ saltẽ pt esse talis, qꝛ stat ꝙ emẽs inter emendũ sit talis ꝑparate mẽtis, scꝫ ꝙ q̃uis ille cõtract⁹ sit vere emptio ⁊ nõ vsuraria mutuatio: tñ etiã si esset vsuraria mutuatio: adhuc vellet eam facere nisi timeret penas fori exterioris vl̃ infamiã, sicut illũ cõtractũ vult facere: nõ obstãte ꝙ est emptio iniq̃, ⁊ sic etiã in foro dei meret̃ dãnationẽ nõ min⁹ q̃ si esset vsuraria mutuatio. Sicut vulneratio homini mortuo illata ab ei⁹ inimico tali aĩo: ꝙ etiã si essꝫ viu⁹ ⁊ sic occisibilis: etiã vellet eũ sic vulnerare letaliter esset hõicidiũ ẜm ꝑparationẽ animi nõ vere et in re: nec ille esset irregular̃.

sed tūc ꝓbatio cuiꝰ est illud antecedēs nō
plus ꝓbaret illū ꝯtractū esse illicitū q̄ꝫ quē
cūqꝫ ꝯtractū q̄ꝫtūcūqꝫ licitū. qꝛ ꝯtrahentē
ꝯtingit in q̄cūqꝫ ꝯctu eē talis ꝑparatōis:
ꝙ etiā si esset vsurariꝰ ꝛ illicitꝰ: vellet eū fa
cere. Scd̄s sensus ē ꝙ ille ꝯtractꝰ etiā si
sit re ꝛ noīe emptio ī vno hoīe: tn̄ in alio ē
palliū vsurarie mutuatōis. ita ꝙ q̄ꝫuis Io
hannes faciēs illū ꝯctū nō faciat nec noīe
nec re nec vocabulo. nec intentiōe exercen
di vsurariā mutuationē: tn̄ petrꝰ q̄ inclina
tus est ꝛ desiderat mutuationē vsurariā fa
cere facit vsurariā mutuationē tā re q̄ꝫ in-
tentiōe. scꝫ qꝛ dat pecuniā alicui respectiue
ad aliā pecuniā cū incremēto sibi restituē
dam: ꝛ tn̄ sub vocabulo ꝛ noīe emptiōis
p̄dicte exercet illā mutuationē: et tūc ē em-
ptio tn̄ in ioh̄e sed nō ī petro nisi solo vo-
cabulo. Sed tūc ꝓbatio cuiꝰ est illd̄ an̄s
n̄ ꝓbaret nisi ꝙ p̄dicta emptio qn̄ solū hꝫ
vocabulū emptiōis ꝛ nō substantiā sit il-
licita: sꝫ nō ꝓbaret de emptiōe hn̄te nomē
ꝛ subam emptiōis (quō est in ioh̄e) ꝙ sit d̄
se illicita. sed bn̄ ꝓbaret alterū illoꝝ duoꝝ
vl̄ vtrūqꝫ scꝫ ꝙ eēꝫ ꝯtractꝰ ille ꝓhibendꝰ:
vel ꝙ esset ꝑ accidens malꝰ. s. rōne scādali.
Primū ptꝫ. qꝛ sub illiꝰ noīe possent latere
vsurarie mutuatiōes. igit̄ interdicendꝰ es-
set sic̄ ꝛ domꝰ ille q̄ nate sūt esse latibula la
tronū sunt dissipāde. licet de se nō esset ma
le: nec tn̄ seq̄ret ꝙ ḡ esset ꝓhibitꝰ: et ma. tie
tā q̄ꝫ vsurariꝰ. licꝫ esset ꝓhibitꝰ tā q̄ꝫ iniqua
emptio. ꝙ aūt nō seq̄ret̄ ꝙ esset actu ꝓhibi
tus ptꝫ. Nā actu de se bono cōtingit sepe
ꝑ maliuolos abuti: nec tn̄ ꝓpter h̄ ē simpl'r
ꝓhibitꝰ q̄ꝫuis abusus sit simpl'r ꝓhibitꝰ.
Scd̄m ptꝫ. qꝛ infirmꝰ aliq̄s posset scāda-
lisari ex illo ꝯctu. s. occasionari ad creden-
dum mutuationē illā etiā nō esse vsurariā
q̄ fit ꝓpter lucrū. et etiaꝫ posset occasionari
ad faciendū eā tā q̄ꝫ nō vsurariā: eo ꝙ em-
ptio p̄dicta non est vsuraria q̄ tn̄ videt̄ ei
oīno silis. Poterit etiā aliq̄s cogitare tali
ter ementē esse vsurariū: ꝛ sic emptoꝛ talis
agit ꝯ charitatem ad se: seipm̄ reddēdo su-
spectū de crimine vsure. Sꝫ tūc illa ꝓba-
tio nō ꝓbaret illū cōtractū esse de se malū
sicut tn̄ est: sed solū ꝑ accidēs. scꝫ rōne scan
dali inde emergētis. Et iō si nō esset emer-
surū tale scandalū cessaret in illo cōtractu
